Circa tertiū pncipale istius toti⁹ partis dicūt isti impugnatores q̄ i resp̄sione istius impugnati superi⁹ recitata duo errores pncipaliter cōtinent. Primus est q̄ oia q̄ erāt cōia primis credētib⁹: erāt cōia quo ad dñium tale quale in ipsis bonis añ suā cōuersionē habuerāt. Secūdus est q̄ dom⁹ ager et bmōi i mobilia erāt cōia toti cōitati quo ad dñium et ꝓprietatē. Primū errorē impugnāt p hoc q̄ scripture sacre repugnat. Ad cui⁹ euidentiaz dicūt esse sciēdū: q̄ iudei cōuersi āte cōuersionē suā tale dñiuz habuerūt i bonis suis q̄ de eis poterāt libere ordinare vēdendo donādo ac etiā vni dare plus: alteri min⁹ ad sue placitū voluntatis. Vnde dñium liberū habuerūt in ipsis bonis suis: ꝫ post q̄ cōuersi fuerūt ad fidē ⁊ bona sua credentiū cōitati dederūt: cōmunitas illa nō habuit tale dñium i bonis ipsis: q: illa cōitas nō habuit ptātem vēdēdi aliquā rē datā nisi ꝑ aliquo sustētādo de cōitate. Iterū illa cōitas nō habebat ptātē donandi plus minus indigēti: ⁊ min⁹ magis idigēti imo etiā nō habebat ptātem dandi multū minus indigēti ⁊ nihil penit⁹ magis idigenti: ꝫ cōitas illa nō habuit tale dñium i bonis illis quale habuerūt iudei āte ꝓuersionē suā Iterū quilibet iudeus āte cōuersionē suā habuit potestatē trāsferendi dñium rei sue i liberū dñiū alterius: ita q̄ poterat sic rē suā dare alteri: q̄ alter haberet ptātē dandi vēdendi ⁊ legandi eandē rē ad sue libitū voluntatis: ꝫ talē ptātē nō habuit illa cōmunitas i reb⁹ tēporalib⁹ sibi a iudeis cōuersis collatis: ⁊ p ꝫns illa cōitas nō habebat tale dñium seu ꝓprietatē qua le habuerūt iudei āte cōuersionē suā: q̄ em tale dñium nō habuit illa cōitas expresse ꝓbatur p illud actuū. ij. ca. diuidebāt illa omnibus prout cuiq̄ opus erat: ⁊ p illud eodē capitulo diuidebāt singulis prout cuiq̄ opus erat: vbi dicit gl̄osa ordinariam nō ꝑm personas ⁊ munera sed ꝑm indigentiā. Ex quib⁹ verbis euidenter colligit q̄ illa cōitas nō poterat licite ꝑm placitū sue volūtatis res illas collatas dispēsare: nec plus dare minus indigenti: ⁊ minus magis indigēti: nec poterat illa bona dividere ꝑm dignitatē psonarū nec ꝫ munera oblata vt plus daret illi q̄ plura et maiora dedit ⁊ minus illi qui nihil vel minora cōitati dedit. ꝫ tenebat distribuere illa bona ꝑm indigentiaz psonarū vt magis indigēti pl⁹ daret: ⁊ minus indigēti min⁹ daret. ⁊ isto q̄tuz ad hec cōitas illa magis potestatē dispēsandi modo limitato quē transgredi nō licebat: q̄ dominiū in illis bonis videbat habere. Tamē q̄tuz ad potestatē vendicādi si iuste ablata fuisset: videt in istis bonis aliquale dñium habuisse: sed nō tale quale habuerunt iudei q̄ bona sua cōitati dederūt anteq̄ cōuerterentur ad fidē. ⁊ ō dicūt isti ipugnatores q̄ scripture diuine repugnat de cōitate credentiū habuisse talē dñium i rebus datis sibi a fideli⁹ quale habuerūt dātes anteq̄ conuerterētur ad fidē. Sed q: diceret aliquis q̄ iste ipugnat⁹ nō intēdit q̄ oīno tale dñium habuerit cōitas illa quale habuerūt iudei añ cōuersionē. Ideo ꝓbant isti ipugnatores q̄ rō sua per quā ꝓbat q̄ cōitas illa habuerit dñium illoz bonoz: eque concludit de tali dñio quale habuerūt iudei añ cōuersionez suā sicut de alio qualicūq̄. Nā eadē facilitate qua dicis q̄ illud q̄ ꝓmo ꝓpriū añ cōuersionē postea fuit cōicatū inē cos. ⁊ tm̄ non habuerūt post dñium tale quale ꝓius habuerant eadē facilitate dicē q̄ illud q̄ erat ꝓmo proprium postea fuit cōicatū absq̄ oi ꝓprietate ⁊ dñio. q: aliq̄d pōt esse cōe multis: q̄uis nō sit eis cōe q̄tuz ad dñium seu ꝓprietatē: sicut per leges iperiales ⁊ diuersoz regnoz mores ac cōsuetudines diuersarū regionū: ac p iura canonica posset copiose ꝓbari. Potest eni aliquid esse cōe multis per licitā ptātem vtendi vel abutēdi absq̄ oi dñio ⁊ ꝓprietate sicut in veteri legevue ⁊ grana spicarū erāt cōes q̄tū ad licitā ptātez cocēdi in agro ⁊ vinea. aliēa q̄ tm̄ nō erāt cōes q̄tuz ad dñium ⁊ ꝓprietatē ⁊ ita ex hoc q̄ aliq̄d ꝓmo est ꝓpriuz: et postea cōe. eque pōt ꝓbari q̄ cōitas habz dñium tale quale habuerit ille cui⁹ res fuit ꝓpria: sicut pōt ꝓbari q̄ habuerit qualecūq̄ dñium. Secūdus error cōtent⁹ in ꝟbis p̄dictis vt dicunt isti ipugnatores est: q̄ dom⁹: agri: pecunia: et oia mobilia erāt cōia toti cōitati credentiuz quo ad dñium ⁊ proꝑatē. ita q̄ null⁹ post cōuersionē suā de illa mltitudie habebat alicui⁹ talis rei dñium ⁊ proꝑatē in spāli. sed iste error vt dicūt isti ipugnatores: scripture sacre repugnat. Nā sicut legit actuū quito. Petr⁹ dixit ananie vni de nūero credentiū post vendi tionē agri. Nōne manens tibi manebat ⁊ venundatū in tua erat ptāte. Ex q̄b⁹ verbis colligit euidenter q̄ ager añ vēditionez erat ipius ananie quo ad dñium ⁊ ꝓprietatē. Alit enim falsuz dixisset beat⁹ petr⁹. Nonnē tibi manē

Nota

Repulsa

Impugnatio secūdi erroris

bat. ℔ ē poteras libere tibi agrū retinere nec tenebaris eū vēdere: ℔ libere poteras cū vēdere vel tenere: ḡ ager ille nūq̄ fuit toti⁹ cōitat̄ quātū ad dn̄ium ⁊ ꝓpietatē. Amplius actū iiij. sic loquit̄: quotquot em̄ erāt possessores agrorū aut domor̄ vēdētes afferebāt p̄cia cor̄ ⁊ ponebāt añ pedes apl̄or̄. Et postea subditur Joseph aūt q̄ cognomiat⁹ ē barsabas ab apostolis qđ ē iterpretatū fili⁹ cōsolatiōis. Leuites cypr̄ius genere: cū haberet agrū vēdidit illū ⁊ attulit p̄ciū ⁊ posuit añ pedes apl̄or̄. Ex quib⁹ ꝟbis dat̄ itelligi q̄ possessores domorū ⁊ agror̄ noīe ꝓpr̄io: ⁊ ex ꝓpa volūtate hmōi agros ⁊ domos vēdebāt: nec vnq̄ legit̄ q̄ ex ordinatione vel mādato cōitatis vēdebāt huiusmodi res: ḡ semp añ vēditionē earū fuerūt vendētū quo ad dn̄ium ⁊ ꝓpietatē ūspāli. Rursus ℔ auctoritate grego. ꝓbat̄ apte. Gregorius em̄: vt habet̄. xvij. q. i. ca. Ananias deo pecunias vouerat: qs post dyaboli vict⁹ psuasione subtraxit. Ex quib⁹ ꝟbis habet̄ exp̄sse q̄ ananias vouit deo pecunias: quas ꝓ vēdito agro recepit: ℔ null⁹ vouet deo rē alienā: nec rē cōitatis ℔ rē ꝓpr̄iā: igit̄ iste pecunie añq̄ ananias voueret deo: fuerūt ipsi⁹ ananie. Alit̄ em̄ ipe nō habuisset prātē vouēdi illas pecunias deo plus q̄ quicūq̄ alī⁹ de cōitate: ḡ ille pecunie fuerūt ipsi⁹ ananie post vēditionē agri. Ex quo sequit̄ q̄ ager añ vēditionē fuit ipsius ananie ⁊ nō cōitatis: erroneū igit̄ ē dicere vt asserūt isti ipugnatores q̄ dom⁹ ager et hmōi erāt toti⁹ cōitatis quo ad dn̄ium ⁊ ꝓpietatē.

Solutio rōnis ipugnati.

Ad rōnē vero ꝓ quā ꝓbat̄ respōdet facilit̄ dicentes: q̄ sepe scriptura diuina nō seruat ordinē rei geste. Nā rēptator semel tm̄ xp̄m assūpsit i sanctā ciuitatē ⁊ semel tm̄ i montē excelsum. Et tm̄ matheus euāgelista ꝓmo narrat q̄ dyabolus eū i sanctā ciuitatē: ⁊ postea narrat q̄ assumpsit eū i mōtē excelsū: sicut pz matth. iiij. lucas vo. c. iiij. istas duas assūptiōes recitat ordine eōrio: ḡ alter ist⁹ or̄ i scribēdo nō seruabit ordinē rei geste. Alia exēpla inumera i scriptura possent adduci: ℔ illud vnū tā aptū sufficiat. Nō ergo ordo rei geste ex ordine scribendi pōt semp sufficienter ꝓbari. Em̄ ⁊ sepe factū posterius p̄mittit̄ ⁊ post modū facta ꝓpria ad declarationez facti posterioris de quo sermo p̄cesserat subdunt̄: sicut em̄ beat⁹ matheus ꝓmo dicit xp̄m natū de vgine ⁊ postea volēs declarare qualit̄ nat⁹ ē: narrauit qūo ā tēq̄ nasceret̄ de vtero mat̄ ei⁹ iuēta ē a ioseph babēs i vtero de spū sct̄o: et tm̄ habuit i vtero de scō spū añq̄ xp̄s ex ei⁹ vo nasceret̄: ⁊ ita factū posteri⁹ ꝓpus narrat̄. Ordo igit̄ rei geste ñ semp ex ordie scribēdi ℔ sepe ex diuersis locis scripture ⁊ sepe ex rōne colligi debz. Em̄ ⁊ tertio regū. ij. c. narrat̄ q̄ roboam fili⁹ regnauit: ⁊ postea. xiiij. c. narrat̄ q̄ fuit mr̄ ei⁹. Et tm̄ ꝓ rōnē colligi debz q̄ ꝓpq̄ regnaret habuit matrez. Sic igit̄ i ꝓposito q̄uis ꝓmo dicat̄ actū. iiij. Nec q̄q̄ eor̄ q̄ possidebāt aliq̄d suū esse dicebat: ℔ erāt eis oīa cōia: ⁊ postea dicat̄: neq; eni eor̄ quisq̄ egēs erat int̄ illos. Quotquot em̄ possessores agror̄ ac domor̄ erāt: vēdētes afferebāt p̄cia cor̄ ⁊ c. tm̄ ille nō fuit ordo rei geste. ℔ ꝓmo vēdebant̄ possessiōes ⁊ substātie: q̄bus vēditis: vēdētes ponebāt p̄cia añ pedes apl̄or̄: vouētes ⁊ offerētes deo p̄cia cōia. Em̄ ꝓmo p̄mittit̄ q̄ oīa erāt cōia: ℔ postea narrat̄ mod⁹ ꝓ quē facta fuerūt cōia: q: ꝓ venditionē possessionū ⁊ substātiarū ⁊ oblatiōez p̄cij rerū vēditarū factā spōte deo. Et q̄ iste fuerit ordo rei geste: ex diuersis locis text⁹: ⁊ ex auctoritate beati gregorij testātis q̄ ananias deo vouit pecunias: q̄s pro agro suo receperat: colligit̄ euidēter: sicut ostēsuz est ꝓus: ⁊ tm̄ i rōne accipit̄ q̄ nisi illa vēdita fuissent cōitatis quo ad dn̄ium ⁊ ꝓpietatē: illi quor̄ fuerūt añ cōuersionē remāsissent ꝓpetarij. Dicūt isti ipugnatores q̄ ꝓpetarij fuerūt añ vēditionē ⁊ añ oblationē pecuniarū do: ⁊ cū ō: q̄ ℔ repugnat scripture dicēti. Nec q̄q̄ eor̄ q̄ possidebat aliq̄d suū eē dicebat. Dicūt q̄ si ille ipugnat⁹ scīret distinguere tpa. posset concordare scripturas q: pro alio tpe dicit̄. Nec q̄q̄ eor̄ q̄ bēbat aliq̄d suū eē dicebat: ⁊ pro alio tpe ō: q̄ possessores agror̄ ⁊ domor̄ vendētes afferebant ⁊ c. Nec est verū q̄ tpe ꝓ quo ō. nec q̄q̄ eor̄ ⁊ c. ꝑcessit rēp⁹ pro quo ō: q̄ possessores agror̄ ⁊ c. sicut dicit ille ipugnatus. Ex cui⁹ ꝟbis colligi pōt q̄ ꝓm ipm ꝓmi credētes maiorē sollicitudinē babuerūt de suis tpalib⁹ ordinādis: q̄ de fide discēda: ⁊ vita sua quo ad spūalia ordinānda: q: si fidē addiscēdā ⁊ vitā suā quo ad spūalia ordinandā (puta quomō deberēt deū diligere: seruireq; eidē ⁊ placere) ꝓposuissent ordinati ōi tpaliū suor̄ i illo tpe pot̄: ipis tpaliū suorū ꝓpetas ⁊ dn̄iuz remāsisset: ⁊ ita ꝓ illo tē por̄e fuissent ꝓpetarij qō ille negat: ⁊ tm̄ q̄ hoc fuerit vex declarat̄: q: cū apl̄i q̄ doctores erāt ⁊ pr̄es ꝓmor̄ credētiū: nequaq̄ doctrinā magistri sui oblitioni tradiderit q̄ ait. Primū q̄rite regnū dei ⁊ iusticiā ei⁹: ⁊ hec oīa adijcient vobis. Nec est credēdū q̄ apl̄i ꝓmo credētes iformauerit ad dandū tpalia sua cōitati credētiū: añq̄ eos iduxerit ad fidē verā addiscendā ⁊ quō deberēt vitā suā quo ad spūalia ordiare imo si ℔ feciss̄ent credētib⁹ occasionē suspicādi dediss̄ent q̄ eor̄ tpalia desideraffent ⁊ ꝓpt̄ ℔ eis fidē ꝑdicaſſent: qđ minie est credenduz.

Nota

Nota quomō diuersiq̄da sunt rēpora ad cōcordādum scripturas

Nota correlariuz

Hic notatur qūo scriptura nō semper seruat ordinē rei geste.

Primo g̃ btūs petr⁹ cōpūctos corde et ỹ bis suis de fide ⁊ sacramēto baptismi suscipiēdo ⁊ alijs spūalib⁹: cū diligētia iformauit: ⁊ postmodū ipi credētes bōa sua vēdebāt ⁊ pciū ad cōez sustētatiōnē oiz spōr anee offerebāt: ⁊ ita toto tpe quo añ vēditionē rei circa spūalia occupati fuerūt rerū suarū ꝓpetarij remāserīt: q; aūt ꝓmo circa spūalia fuerūt occupati ex illo textu actuū aplox patēt elicit vbi post sermonē bti petri de credētib⁹ sic legit. Dijs.s. verbis bti petri audit cōpūcti sūt corde ⁊ dixerūt ad petrū ⁊ reliquos aplos: q̃d faciem⁹ viri fratres Ex q̃b⁹ ỹbis dat itelligi q; isti ꝓpti erāt iformationē petri ⁊ alioz aplox tenere ⁊ seq̃. Qualē aūt iformationē btūs petr⁹ eisdē tradidit ibidē subiūgit cū dr petr⁹ vo ait ad illos Pniam agite: ⁊ baptizet vnusq̃sq; vr̃m i noie ihesu xp̃i i remissionē pctox vrox ⁊ accipiet donū spūs scti: vobis em̃ ē ꝓmissio et filijs vr̃is: ⁊ oib⁹ q̃ lōge sunt quoscūq; aduocauerit dn̄s de⁹ nr̃. Alijs etiā ỹbis plib⁹ testificat⁹ ē: ⁊ exhortabat eos dicēs: saluamini a gñatōe illa prava. i illa iformatōe pz apte q; d ordie bonorū suox nulla fit mētio p̃m btm̃ petrū memorē doctrine sui magistri dicētis marci vltio. Eūtes i mūdū vniersū pdicate euāgeliū oi creature: q̃ crediderit ⁊ baptizat⁹ fuerit b̃ salu⁹ erit q̃ vo nō crediderit ꝺdēnabit. Jn q̃ de tpalib⁹ disponēdis mētio nō habet. postq̃ iudeos de fide xp̃i istruxerat: q̃rētes q̃d eos facere oporteret: de pnia agēda: de suscipiēdo baptismo: ꝺ dono sp̃s.s. recipiēdo: atq; de dimittēda infidelitate nō ꝺ tpalib⁹ iformauit: cui⁹ doctrinā recipiētes a spūalib⁹ iceperūt. vñ ibidē imediate subiūgit. Qui g̃ receperūt sermōes ei⁹ baptizati sūt ⁊ apposite sūt illa die aie circit tria milia. Erāt aū pseuerātes i doctrina aplox et cōicatiōe bonox suox tpaliū: ꝑ baptismo et alijs spūalib⁹ iceperūt: g̃ illo tpe ꝓpetarij remāserūt: nō em̃ ē credibile q; postq̃ crediderit añq̃ baptizarēt sua tpalia cōtarī dederūt ꝓ pretarij g̃ remāserūt. Post h̃ circa lrāz aliqua sūt notāda [ꝓpetatē] illud ēvbū appellātis qꝺ ipugnatores dicūt p̃ncipalit debere sumi hic ꝓ ꝓpetate spāli ciuili ⁊ mūdana: q̃lē pz doctrinā factox ⁊ sacros canones clerici ⁊ religiosi nō bnt i reb⁹ eccl̃ie. Eīn dicūt q; ꝓpietas ē dupler. vna ē cōis. alia ē spālis. Cōis adhuc ē dupler: ⁊ simlit spālis. Una q̃ pōt ꝓpetarius siue sit ꝑsona singularis siue cōitas: de re libere ordinare vēdēdo: donādo: legādo: alienādo: ⁊ vtēdo ac cōsumēdo si ē res vsu cōsuptibilis ad sue libitū volūtat: et illo modo vt ꝓpus accipit ꝓpetas i iure canonico ⁊ i iure ciuili: ⁊ talē ꝓpetatē nec cōem nec spālē bnt religiosi i q̃buscūq; reb⁹ tpalib⁹: nec clerici i rebus eccl̃ie: q; tpalia ad certos vsus ⁊ certū modū disponēdi sūt eis ꝺcessa: ⁊ ꝓpter h̃ sepe absolute ⁊ sine districtiōe dicit q; nō bnt ꝓpetatē i hmōi reb⁹: ⁊ q; nō sūt dñi hmōi rerū: teste alexādro tertio ex de donationibus. ca. fraternitatē. Di. Eū eps ⁊ q̃libet plat⁹ ecclasticarū rerū sit ꝑcurator non dn̄s tē. ⁊ Aug. vt habet xij. q. i. c. vltio idē dicit: talē ꝓpetatē nō habuerūt ꝓmi credētes i reb⁹ cōib⁹. ī absolute dicit appellās q; ꝓmi credētes nulli⁹ rei nec q̃ vsu consuptibilis nec q̃ nō cōsuptibilis vsu: postq̃ scz oia fuerūt facta cōia: ꝓpetatē hēbāt: q; ꝓ pietatē nec spālē nec cōem habebāt. Alia ē ꝓpetas nō tā spālis q; cōis q̃ ē ptās rēvēdicādi i iudicio: lz nō sit ptās de re libere disponēdi vēdēdo: donādo: legādo: alienādo: ⁊ vtēdo ad libitū: ⁊ talē ꝓpetatē nō spālē ꝑ cōem habebāt ꝓmi credētes: ⁊ h̃ vel rota cōitas ꝑz alicui quos: vel altera ps cōitat. s. illa a qua erat cōitas spālis. s. aplox distincta ꝓ tpe illo qꝺ tp̃s nō icepit ab ūtio cōuersiōis ꝓmox credētiū: ꝑ icepit postq̃ baptizati ⁊ i fide istructi icepe rūt cōfirmare necessitatē multox credētiū q; nō hēbāt vñ poterāt ex ꝓpr̃is sustētari [nulli⁹ rei ꝓpetatē hēbāt] illud verū ē accipiēdo ꝓpetatē ꝓmomō dictā. [Omia q̃ possidebāt erāt cōia iter eos] verū ē q; erāt cōia q̃tū ad ptātē vtēdi ⁊ sustētādi: sc. ꝑ nō erāt cōia q̃tū ad ꝓpetatē ꝓmomodo dict ā p̃m q; itēdit ille ipugnatus [⁊ q; illa cōia tē.] Hic icipit ꝓma rō ad ꝓbandū q; oia erāt cōia quātū ad ꝓpietatē ꝓmomodo dictā [illud qꝺ p̃us āte cōuersionē iudeox ipis fuit ꝓpr̃ū: postq̃ credētes effecti fuerūt fuit iter eos cōicatū] Illa est maior rōnis sue: i qua sicut pz nō ponit dñiz nec ꝓpietas: nec aliq̃ talis declaratio quo ad dominiū ⁊ ꝓpetatē: ⁊ ī ꝑm rectā formā arguendi nō deberet poni i ꝛclusiōe. Et ī ex illa maiori cōclusio sua nō deberet iferri: ꝑ solūmodo deberet illā cōclusionē iferre: omia fuerūt int eos cōicata ⁊ nō illā quā ifert: q; semp ex forma ē fallacia ꝑm q̃d ad simplicit: q̃n i tali modo arguēdi altera determinatio ponit i minori ⁊ i ꝛclusiōe: q̃ nō ponit i maiori sicut b. em̃e currēs ē aial homo nūc ꝓmo ē currēs: g̃ homo nūc ꝓmo ē aial. q; h̃ determiatio nūc ꝓmo ponit i minori ⁊ i cōclusiōe ꝑ nō ponit in [illegible] maiori imo maior accipit sine determiat[illegible]e tali. Eō similiter ē hic talis fallacia. illud qꝺ p̃us āte cōuersionē ipsis fuerat ꝓpr̃ū postq̃ credētes effecti fuerūt: fuit iter eos cōicatū: ꝑ illa q̃ possiderāt āte cōuersionē fuerunt eis ꝓpria quo ad potestatē dādi plus minus idigēti: ⁊ min⁹ vel nihil plus magis idigēti: g̃ postq̃ fuerunt

Nota de bonis ecclesiasticorum quō et quo iure ad eos spectent.

Nota hic quales primi credentes habebāt propietatem.

Hic solvit⁹ prima ratio ipugnanti per fallaciam scōz quidad simpliciter.

Quarta pars capituli i qua accedit ad notabilia circa litterā ponēda.

Proprietas ē duplex.

cōmunersi illa que possederūt fuerunt iter eos cōmunicata: quo ad potestatē dādi plus minus idigēti: ⁊ min⁹ vel nihil magis: pl⁹ idigēti: ⁊ cōsimilis fallacia ex forma est i argumēto

Replica. suo: q⁹ hec determinatio quo ad dominiū ⁊ p̄prietarē accipit i minori ⁊ cōsequētia: ⁊ non i maiori. Sed forte dicet aliquis q⁹ ille impugnatus accepit maiorē suā sub hoc sensu. Illud qđ p̄ius āte cōuersionē iudeorū ipsis fuerat p̄prīū postq̄ credētes effecti fuerunt: fuit eodē modo quo p̄mo fuerat p̄prīū: inter eos cōmunicatū: ⁊ tunc bene sequitur cōclusio: q⁹

Re ponsio eadē determinatio q̄ ponit in minori ⁊ i cōclusione subintelligit virtualiter i maiori. Ad hoc dicūt isti impugnatores q⁹ maior sub illo sensu est falsa imo dicūt q⁹ sic intellecta est erronea reputanda: q⁹ bona iudeorū āte cōuersionē illo modo fuerunt p̄pria eis: q⁹ poterāt libere ea dare suis cōsanguineis nihil vel parū dando extraneis: illo autē modo nō erant cōmunia cōmunitari credentiū: sicut nec illo modo bona ecclesie sūt modo cōmunia. Multis etiā modis alijs erāt illa bona p̄pria iudeis ante cōuersionez quib⁹ nō erant cōmunicata postea iter eos: qđ ex precedentib⁹ colligitur euidēter: et ita patet clare q⁹ ille sophistice ar

Nota bastardi- guit (vt dicunt isti impugnatores) dicentes q⁹ si modos arguendi sciuisset: nūq̄ per illud sophisma nec per cōsimilia que frequēter adducit veritatē catholicā impugnasset. [Constat autē q⁹ illa que possidebant āte conuersionem erant illis quātū ad dōnium p̄pria. Illa est minor ratiōis sue i qua ponitur hec determinatio quātū ad dominiū: que in maiori minime posita fuit: etiaz ita sophistice arguit [quare sequitur q⁹ fuerūt quo ad p̄prietatez seu dōnium inter eos cōmunicata] hec est conclusio rationis sue: circa quā isti impugnatores duo notant. Primū est q⁹ in hac conclusione ponitur hec determinatio quo ad p̄prietatem seu dominiū que nequaq̄ fuit posita in maiori: ⁊ ideo sophistice infertur illa cōclusio Sicut posito q⁹ aliquis volens ītrare religionez conferat alicui monasterio monachorum omnia bona sua quorū p̄ius habuit dōnium li

Nota bonū exē- bere sic q⁹ potuit illa dare vēdere et legare ac etiam alienare ad libitum. et arguatur sic. Illa que erant isti p̄pria postea omnib⁹ de monasterio qđ intrauit sunt cōmunicata: ꝑ p̄ius erant p̄pria quo ad potestatem dādi vel vēdendi legandi: et quomodolibet alienādi. igitur postea sunt cōmunicata quo ad potestatē dandi vendendi legādi: et quomodolibet alienandi. certum est q⁹ arguitur sophistice: quia constat q⁹ conclusio ꝑm sacros canones falsa est: et premisse sunt vere. igitur dicunt q⁹ argumentatio istius est sophistica reputanda. Secundo notant isti impugnatores q⁹ cum ydez termini non debeant accipi equiuoce in premissa ⁊ cōclusiōe: dōnium qđ ponit b. tā i minori q⁹ in cōclusiōe nō accipit equoce. ꝑ i minori accipit dōniuz p̄ dōnio ciuili ⁊ mūdano: qđ ē ptās alienādi: vēdēdi: donādi: legādi: ⁊ vtēdi re ad placitū: q⁹ ꝑm iura ciuilia rerū suarū vnusq̄sq̄ ē moderator ⁊ arbit: g̃ eodē mō accipit dōniuz b in cōclusiōe cū dr q⁹ illa bōa iudeoꝝ fuerīt cōicata quo ad dōniuz: ⁊ ita ꝑm illū ipugnatū cōitas fideliū credētiū hēbat dōniū ciuile ⁊ mūdanuz qđ est ptās dādi vēdēdi ⁊c. [In reb⁹ illis cōib⁹] qđ est oīno falsuz ⁊ erroneū: q⁹ tenebāt credētes de illis tpalibus sustētare: ⁊ nō poterāt ea aliēare ad libitū [q⁹ de reb⁹ nō ꝓsumptibilib⁹ vsu ⁊c] illd dicūt isti ipugnatores oīno esse falsuz: sicut ex p̄cedētib⁹ ptz apte [nisi violētia sibi fiat] Dicūt isti ipugnatores q⁹ violētia fieret scripture: si diceret q⁹ imobilia erāt cōicata credētib⁹ quo ad dōnium ⁊ p̄petatē: q⁹ sicut ex scriptura ptz ipi spōtanee vēdebāt bu iusmōi res: ⁊ ita ille sp̄añ vēditionē erāt sue p̄prie: ⁊ nō cōes [Cū g̃ p⁹ dicat q⁹ inter credētes erant oīa cōia] male arguit. P⁹scribit: g̃ p⁹ fuit factū: q⁹ sicut ostēsuz est ordo scripture nō sp̄ sequit rei geste ordinē [Ipi añ vēditionez illoꝝ remāsissent p̄petarij] illud qđ ille impugnat⁹ bz pro vltio incōueniēti: būt isti ipugnatores pro vo. Cū dicit [nec q̄ q̄q̄ eoꝝ q̄ possidebāt ⁊c] illud dicit scriptura p̄ tpe post vēditionez oīm et allationē precioꝝ: ⁊ ita illi qđ dicitur q⁹ ante venditionē p̄petarij remāserunt: nullatenus aduersatur. Cap. v.

Cap. V. In p̄ma pte isti⁹ capli recitat q̄ta ⁊ ex⁹ tractat⁹ p̄sti turionis d ūcre.

Dillud aūt quod

volēs p̄bare q⁹ rerū vsu nō ꝓsumptibiliū credētes nō habuerūt dōnium etiā in cōi subiūgit. s. q⁹ res nō ꝓsumptibiles vsu vēdebāt: ⁊ ipas nec in spāli nec i eoꝝ cōitate retinebāt. dicim⁹ q⁹ ex ꝑ nō sequit q⁹ añ vēditionē illarū rerū nō habuerūt dōniuz: ꝑ bn sequit q⁹ post vēditionē illd nō retinuerit: ⁊ ꝑ ē verū. p vēditionē cui pfectā in emētes trāstulerūt dōniuz: q⁹ illd sibi nō retinuerūt: ⁊ si q̄rat q̄re apli agros ⁊ domos nō retinuerūt i iudea ꝑ poti⁹ illis vēditis habuerūt p̄cia eoꝝ in cōi. Rndet melchiades papa dicēs futurā. i. trāsiturā ecclesiā i gētib⁹. i. ad gētes apli p̄uidebāt iō p̄dia i iudea minie sunt adepti. Et si dicat q⁹ melchiades videtur supponere q⁹ credētes etiā añ vēditionē p̄dioꝝ illa neq̄q̄ habuerūt i cōi cū dicat q⁹ illa i iudea minie sūt adepti dicim⁹ q⁹ melchiades p̄ tāto dixit aplos i iudea nō

fuisse adeptos pdia: q; nihil sic adepti fuerāt: vt illa sibi intēderēt retinere: 7 ī nō videbāt ea fuisse adepti: cū q̄ sic rē adipiscīt: vt eā ī cōtinēti a se abdicare debeat: adept⁹ ꝓprie non dicaī. Ex pdictis patet q̄ aplis fuit licitū ī iudea sivoluissēt retinere pdia: nec voto cōpulsi sūt: q; nō retinuerūt voce ꝓpa: q; se ñ ꝓcturos mox ibi: ß trāsituros se putidebāt ad gentes

Secūda pars huius capituli ī qua incipit explicatio predicti textus.

Jn illa pte respondz

ad scām qō accepit appellās q̄ videlicet primi credētes nō retinuerūt res nō cōsumptibiles vsu: nec ī spāli nec ī cōi: 7 circa ß duo facit Primo em̄ respōdet p distinctionē distinguēs duo tēpora. s. tps añ vēditionē: 7 post vēditionē. Un̄ dicit q̄ post vēditionē nō retinuerunt dn̄ium ß añ vēditionē bn̄ habuerūt dn̄ium huiusmōi rerū ī cōi. Et scdo ibi [si q̄rat] mouet q̄stionē q̄re aplī domos 7 agros ī iudea nō retinuerūt. Ad quā respōdet ꝑz melchiadē papa q. s. sciuerūt eccl'iam trāsiturā ad gētes. Tertio ibi [Et si dicat] Obiciēdo ō pdictā rspōsionē. Respōdet vt plane habet ī lra. Ultimo ibi [Ex pdictis pz] cōcludit ex pdictis q̄ licitū fuit aplis habere ī iudea pdia. Sz isti impugnatores dicūt ī istis ꝟbis quatuor cōtineri errores. Quor ꝓm⁹ ē q̄ cōitas credētiū habuit domos 7 agros quo ad dn̄ium 7 ꝓprietatē. Secūdus ē q̄ aplī habuerūt pdia ī iudea Terri⁹ ē q̄ aplī ī nō retinuerāt pdia q̄ habebāt ī iudea q; trāsituri fuerūt ad gētes. Quartus ē q̄ aplis licuit ī iudea: et iter gētes pdia possidere. De ꝓmo errore dictū ē ī pte ꝓcedēti vbi ostēsum ē q̄ iudei cōuersi domos 7 agros nō dederūt cōitati: ß tāq̄ res ꝓprias vēdiderūt 7 postea ꝓciū spōte obtulerūt cōitati. Secūdus error hic cōtent⁹ vt dicūt isti impugnatores ē q̄ aplī habuerūt pdia ī iudea: q̄ hoc dicat ille impugnat⁹: ptz apte: ait em̄. dicim⁹ q̄ melchiades ꝓ tāto dicit aplos ī iudea nō fuisse adeptos pdia: q; nō sic adepti fuerunt ea q̄ illa sibi intēderēt retinere. Ex quib⁹ ꝟbis clare colligīt q̄ aplī ī iudea pdia habuerūt: quis illa intenderent minime retinere. At hoc isti impugnatores reprobare nituntur. primo sic.

Tertia pars capituli ī qua incipit impugnatio dicti textus ob quatuor errores. Primum. Secūdum. Tertium. Quartum.

Hic deducitur q̄ apostoli non habuerūt predia in iudea. prima ratione sic.

Constat q̄ apostoli non habuerūt ī iudea aliqua pdia ꝓter pdia cōuersor̄ ad fidē. Un̄ 7 de illis pdijs videt ille ipugnat⁹ intēdere: ß ostensuz ē ꝓus q̄ illa pdia semp añ vēditionē ipor̄ remanserūt ꝓpa illor̄ quor̄ ꝓus fuerūt: g̃ illa pdia añ vēditionē ipor̄ ad ꝓpetatē 7 dn̄ium aplor̄ minime ptinebāt: nec ptinebāt ad eor̄ dn̄ium post vēditōnē: g̃ aplī post passionē xpi ī iudea pdia minime habuerūt. Scdo sic. aplī quātū ad cōsiliū pauptat̄ imitatores xpi fuerūt: ß xps nō obstāte q̄ nō erat de iudea regulariter trāsiturus. ante mortē suā ī iudea pdia nō recepit cū ipe dicat matth. viij. Vulpes foueas hāt 7 volucres celi nidos: fili⁹ aūt hois nō habz vbi caput suū reclinet: g̃ nec aplī ī iudea receperūt. Ex ß pz q̄ pdia iudeor̄ ꝓuersor̄ ne quaq̄ ī toti⁹ cōitatis dn̄iuz trāsierūt. Cū sit igīt̄ ꝟisimile q̄ aplī sequerēt vitā xpi 7 modū viuēdi eiusdē: ß xps nullū pdiū ꝓ seu k' suo collegio spāli recepit: ß tn̄ sustinuit q̄ mulieres sibi 7 suis discipl'is de suis facultatibus ministrarēt. sicut pz luce. viij. 7 q̄ locli ꝓ pauperibus idigētib⁹ portarēt: ita aplī ꝓ se pdia minime receperūt: ß ꝓmiserūt q̄ fideles de ꝓcio suor̄ bonor̄ aplor̄ 7 alior̄ idigētias subleuarēt. Tertio illud sic ostendit. sūmi sacerdotes sequētes apl'os nō fuerūt pauperiores ipis apostolis: ß plures sūmi sacerdotes post apl'os pdia a fidelib⁹ minime receperūt. lz pdior̄ ꝓcia reciperēt: g̃ multomag⁹ aplī pdia ꝓuersor̄ ī iudea minime receperūt. Maior ē manifesta 7 iferi⁹ multis modis ꝓbabit. Minor ꝓbat auctoritate vbani pape q̄ vt habet. xij. q. i. c. vidētes ait. Vidētes aūt summi sacerdotes 7 alij atq; leuite: 7 reliq̄ fideles pl⁹ vtilitat̄ posse cōferre: si hereditates 7 agros quos vendebāt eccl'esijs q̄b⁹ ꝓsidebāt epi traderent: eo q̄ ex sumptib⁹ eor̄ tā ꝑntib⁹ q̄ futuris tēporib⁹ plura 7 elegantiora possent ministrare fidelibus cōem vitā deducētib⁹ q̄ ex ꝓcio ipor̄: ceperūt pdia 7 agros quos vēdere solebāt matricib⁹ eccl'esijs tradere 7 ex sumptib⁹ eor̄ viuere. Ex q̄b⁹ ꝟbis euidēt colligīt q̄ ī ꝑmitiua eccl'ia 7 diu post: talis fuit ꝓsuetudo q̄ fideles q̄ alios fideles vitā cōem ducere cupiētes de bonis suis sustentare volebāt: ꝑpis pdia nō dederūt: ß pdia vēdiderūt 7 ex ꝓcio vitā cōem ducētib⁹ necessaria ministrarūt. Postea aūt ceperūt (sicut vban⁹ papa dicit) pdia 7 agros matricib⁹ eccl'esijs tradere: nequaq̄ g̃ iudei cōuersi sua pdia ꝺderūt aplis: ß sicut text⁹ actuū aplor̄ eloquit manifeste: ꝑpi sua pdia vēdiderūt 7 ꝓciū añ pedes aplor̄ ꝓ sustētādis fidelibus posuerūt. Sz ꝺ illa obijci pōt ꝓmo p capitulū allegatū Melchiadis pape q̄ insinuare videt q̄ eccl'ia iter gētes predia magna obtinuit: g̃ fideles nō vēdiderūt pdia: ß eccl'ie tradiderūt. Scdo q; posteriores aplis nō erāt sanctiores neq; maiores curā hāntes de fidelib⁹ sustētādis q̄ aplī: si g̃ sicut dicit vban⁹ papa Epi posteriores ordinauerūt ꝓ vtilitate cōez vitā ducētiū q̄ nō ꝓcia ß pdia eccl'esijs traderēt. Videt q̄ multomag⁹ ß ordiauerūt aplī.

Tertia ratione.

Nota ex isto quare melius ecclesijs fuit cōferre et retinere predia: therediates q̄ accipere earū precia.

Nota correlariū.

Obiectio prima.

Secūda obiectio

Ad primū illor̄ isti ipugnatores respōdēt dicētes q̄ melchiades nequaq̄ dicit q̄ eccle-

Respōsio ad primā obiectionem.

sia hoc ē collegiū cōmunē vitā ducētiuz p̄dia
tēpore apostoloz optinuit: sed explicat mani
feste q̄ tēpore cōstātini imperatoris p̄dia sūt
adepta. Aliter dicūt: ⁊ rēspōsioni p̄dicte non
obuiat: q̄ i iudea ꝑ tēpore apostoloz: nec ec
clesia q̄ est congregatio illoz q̄ diuino cultui
sunt specialiter deputati: nec tota congrega
tio fideliū: nec aliqua pars illi⁹ cōgregatiōis
predia sibi retinuit. iter gētes aūt tēpore apo
stoloꝝ. licet cōgregatio illoz q̄ erant diuino
cultui spāliter deputati: ⁊ etiā cōgregatio cō
munē vitā ducentiū in cōi p̄dia nō haberet: ꝑ
de precio p̄dioz ⁊ elemosynis sustētarē: mul
ti tn̄ erāt fideles inter gētes q̄ p̄dia habuerūt
⁊ retinuerūt ⁊ ita iter fideles i iudea: ⁊ iter fi
deles iter gētes tpe aplōz fuit differētia ma
nifesta quo ad rerētationē p̄dioz. Ad secūdū
dicūt isti impugnatores q̄ aliquid ē expediēs
ꝑ vno tēpore qđ ꝑ alio minus expediēs: imo
aliq̄n nociuū dignoscit: ⁊ ideo q̄uis aplī fue
runt sapiētiores ⁊ maioꝝ sollicitudinē de cōi
vtilitate gerentes q̄ sequētes eos: ipi tn̄ vitā
xpi sequētes nec p̄dia habere volebāt: nec q̄
cōgregatio vitā cōmunē ducentiū haberet p̄
dia ordinauerūt: q: tūc nō erat ita necessariuz
sicut postea fuit. Ebristiani etiā q̄ fuerūt vici
ni apostolis hoc nō seruabāt. Et tn̄ nō fuerūt
minoris sapientie: nec minoris feruoris ad cō
mune bonū q̄ posteriores. ⁊ hoc q: tūc nō ita
expediebat. Quarto ꝓbat q̄ aplī i iudea p̄
dia minime habuerūt ꝑ hoc q̄ aplī omia tēpo
ralia abdicauerūt quo ad dnium ⁊ ꝓprietatē
sicut ꝑ scripturā sacrā: doctrinā sanctoz ⁊ de
terminationē ecclie ꝓstat apte: ꝑ de illa mate
ria erit postea sermo prolixus: ideo ad presens
trāseo. Tertius error vt dicūt isti impugna
tores hic cōtentus ē q̄ aplī ideo non retinue
rūt p̄dia q̄ habebāt i iudea: q: trāsituri fuerūt
ad gētes. Hoc dicūt isti impugnatores esse er
roneū ꝑ eo q̄ i hijs verbis insinuat impugna
tus aplos iter gētes p̄dia habuisse ⁊ retinuis
se. Si em̄ ꝓpter hoc tm̄modo aplī p̄dia q̄ i iu
dea habebāt nō retinuerūt: q: transituri erāt
ad gētes. igit̄ q̄n vēturi erāt ad gētes: si gētes
eis p̄dia offerre volebāt: ipsi retinere oblata
p̄dia itendebant. Cōstat aūt q̄ multi fideles
inter gētes aplis p̄dia obtulerūt: ꝗ aplī obla
ta p̄dia receperūt ⁊ retinuerūt: ꝑ hoc cōstat es
se falsum: q: nusq̄ legit̄ q̄ aplī iter gentes p̄
dia receperūt. Unde ⁊ apostolus paulus qui
erat doctor gentiū et magister: etiā sepe sum
ptus a gētib⁹ recipe recusauit: q: ꝑ victu suo
manib⁹ ꝓprijs laborauit: ⁊ i. thi. vi. ait. Habē
tes aūt alimēta ⁊ quib⁹ regamur hijs cōtenti
simus. Ex quib⁹ patet q̄ paulus iter gētes p̄
dia nō recepit: ⁊ idē cōstat de apostolis alijs.

Quartus error. C vt dicūt isti impugnato
res ↄ est: q̄ aplis licuit i iudea ⁊ iter gētes pre
dia possidere: ꝑ illud vt dicūt isti impugnato
res scripture diuine repugnat. Nā quib⁹ iter
dicit̄ cōgregare thesauros: eisdē iterdicit̄ pre
dia possidere. Nā de p̄dijs thesauri cōgregāt̄
⁊ sepe expedit et ē recte ↄsonū rōni p̄dia pos
sidentes congregare thesauros eo q̄ sepe abs
q̄ thesauro rite coli: cōseruari et defendi non
possunt. xps aut̄ ↄgregare thesauros aposto
lis interdixit. d. matb. vi. Nolite thesauriz are
vobis thesauros in terra vbi erugo ⁊ tinea de
molitur ⁊ vbi fures effodiunt ⁊ furant̄: ꝗ xps
apostolis iterdixit p̄dia possidere: vel saltē ne
possiderēt cōsuluit apostolis: ergo doctrinaz
⁊ cōsimilia sui magistri sequentib⁹ p̄dia mini
me licuit possidere. Amplius quib⁹ interdi
citur sollicitudo de crastino: ipsis iterdicit̄ p̄
dioꝝ possessio: quia predia possidētes p se vel
per alios de predijs futuris tēpoꝝb⁹ disponē
dis sollicitudinē magnā oportet habere. Chri
stus aūt sollicitudinē de crastino iterdixit. di
cit matb. vi. Nolite solliciti esse i crastinū: ergo
eis interdicta fuit p̄dioꝝ possessio: ⁊ per ↄns
eis nō licuit p̄dia possidere. Rursus ea q̄ ad
picula spūalia ⁊ pctā iclināt sine q̄b⁹ vitā cō
ueniēter trāsigere cōtingit aplī reliquerunt.
Aliter em̄ de placēdo deo minus fuissent soll
liciti: ꝑ p̄dia sicut ⁊ diuitie: ad spūalia picula ⁊
peccata iclināt teste aplo q̄. i. thy. vi. ait. Qui
volūt diuites fieri icidūt i tēptatōnē ⁊ laque
um dyaboli ⁊ desideria multa ⁊ iutilia ⁊ noci
ua q̄ mergunt hominē i perditionē ⁊ iteritu z:
ergo aplī p̄dia reliquerūt. Sed forte di
ceret ille impugnatus q̄ xps noluit aplos dū
esset cū eis p̄dia possidere: quin tn̄ post ei⁹ ab
scessum p̄dia possiderent minime interdixit.

Sed hoc dicūt isti impugnatores stare non
posse. Nā nō est pfectoz de maiore pfectione
ad imperfectionē vel minorē pfectionē transi
re. Apostoli aūt saltē post aduentū spūs san
cti: pfecti fuerūt: ergo nullā perfectōnē quā a
christo acceperant: et secū seruauerant relin
quere debuerunt. Sed dū erant cū christo pre
dia minime habuerunt: nec habere voluerunt
vt xpo perfectius adhererent: ergo post aduē
tū spūs sācti multomagis predia habere non
debebāt. Unde si apostoli q̄ nō erant omino
perfecti imo predia: perfectionis amore mi ni
me habuerunt: multomagis post aduentū spi
ritus sancti quando erant in omi perfectione
magis q̄ antea radicati: ⁊ ad quos tunc prin
cipalit̄ i terris gubernatō spectrabat fidelīū p
fectōis amore. Et vt exēplū darēt fidelib⁹ oīa

Ad secūdam ob.

Quarta ꝓbatio secūdi erroris

Impugnatio tertij erroris.

Reprobat̄ quartus error.

Primo.

Secundo.

Tertio.

Euasio.

Repulsa.

debuerūt ꝓpter deū relíquere: ⁊ vt ſuſpitionē tollerēt ꝙ ꝓpter tēporalia ꝓdicarēt nequaq̄ prędia debuerunt habere. Ad hec nulla religio eſt pfectior i paupertate: apoſtolica paupertate. Multi aūt ſunt religioſi q̄ ꝓdia nō ſolū in ſpāli ſ etiā i cōi habere recuſant. Patet de fratrib⁹ ꝓdicatorib⁹ ⁊ alijs mēdicātib⁹: ergo multomagis apli nequaq̄ ꝓdia debuerūt habere. Quarto.

Quinto.

Porro qꝛ ille impugnat⁹ q̄tū ad iſtas quatuor aſſertiōes de prędijs apl̄oꝝ: vt dicūt iſti impugnatores: doctrine fratrū ꝓdicatorū obuiat ⁊ repugnat. ꝓmo ordinē eoꝝ deſtruit ⁊ cōfundit manifeſte inſinuans ꝙ paupertatez apoſtolicā nullaten⁹ imitāt̄ ꝓpꝛietatē ꝓdiorū a ſe penit⁹ abdicādo: ideo ꝓ ipis et eoꝝ doctrinā ſequētib⁹: quid de illa materia ſentiat thomas doctor eoꝝ adducunt. In libro itaq̄ ꝓtra doctrinā retrahētiū a religiōe i. c. xv. ait Manifeſtū ē igit̄ ſm expoſitiones præmiſſas apl̄is iterdictū fuiſſe ne agros vel vineas vel alia hmōi bona imobilia poſſiderēt. Quis aūt dicat niſi heretic⁹ patēs diuiniſſimā inſtructionez a xp̄o pfectiōi euāgelice derogare. Ex q̄bus verbis euidēter habet ꝙ iterdictū fuit a xp̄o apoſtolis ne ꝓdia poſſiderent: ⁊ ꝙ ſapit hereſim ſm illū dicere ꝙ poſſeſſionū carentia derogat euāgelice pfectioni: ⁊ ita cū apli euāgelicā pfectionē nequaq̄ reliquerint: conſtat eos ꝓdia minime poſſediſſe. Itē illud i eodem capitulo dicit. Eſt aūt vlteri⁹ cōſiderādū qualiter p̄miſſa dn̄i ꝓcepta. ſ. nolite poſſidere aurū ⁊c. fuerūt ab aplis obſeruata. Et infra: ꝙ aute nihil tēporaliū poſſiderēt aut etiā i via deferrent: ātequā tēpus paſſionis apte oſtēdit ex ꝟbis q̄ legit̄ luce. xxij. vbi dn̄s diſcipl̄is ſuis dicit: q̄n miſi vos ſine ſacculo ⁊ pera ⁊ calciamētis. Nūquid aliq̄d defuit vobis? at illi dixerūt. nihil. Sed qꝛ ibi ſubdit dixit ergo eis. ſ nūc q̄ habet ſacculū tollat ſimilit̄ ⁊ perā. Poſſet alicui videri ꝙ dn̄s totalit̄ ꝓcepta ꝓpꝛia relaxauerit: ſ hāc relaxationē quātū ad ꝑſonas apoſtolorū iminētis pſecutiōis tēporeꝛ: referēdam apparet ex ꝟbis bede: q̄ dicit. Nō eadē viuendi regula pſecutiōis ⁊ pacis t̄ēporeꝛ diſcipl̄os informat. Miſſis quidē diſcipulis ad ꝓdicādū: ne quid tollerēt in via ꝓcepit: mortis vero inſtāte piculo ⁊ tota ſimul gēte paſtorē gregē q̄ perſequēte: cōgruā ipſis regulā decernit: p mittēs vt tollant victui neceſſaria: donec ſopita inſania pſecutorū: tēpus euangelizādi reddeat. Et ſubdit. vbi mobis quoq̄ dat exēplū ex iuſta nō nūq̄ cauſa inſtāte: quedā de noſtri ꝓpoſiti rigore poſſe ſine culpa intermitti. Hec verba bede. Ex quib⁹ concludit thomas ⁊ ex quo etiā apparet ad rigorē euāgelice diſcipli

Euaſio.

ne pertinere ꝙ aliquis careat omni poſſeſſione terrena. Quid aūt ſuper hoc apoſtoli poſt paſſionē ſeruauerunt ⁊ ſeruandū tradiderunt aperte in actibus apoſtolorum docetur. Legit̄ em̄ actuū. iiij. ꝙ multitudinis credentium erat coꝛ vnū ⁊ aīa vna: nec quiſq̄ eoꝝ q̄ poſſidebat aliquid ſuū eſſe dicebat. Sed erant illis omnia cōmunia. Et ne aliq̄s dicat: eos habuiſſe poſſeſſiōes cōmunes: puta agros ⁊ vineas aut aliquid hmōi: hoc per ſequela excluditur Sequit̄ em̄ quotquot poſſeſſoꝛes domoꝝ ac agroꝝ erāt vendētes afferebāt: ꝓcia eoꝝ que vendebātur ⁊ ponebāt ātē pedes apoſtolorū Ex quo ptz hāc eſſe euāgelice vite obſeruantiā ab aplis obſeruatā vt ea q̄ ad neceſſitatē vite ptinēt poſſideant̄ cōiter: poſſeſſiōib⁹ oīno abdicatis. Ex his ꝟbis colligit̄ euidēter: ꝙ thomas in quatuor obuiat manifeſte iſti impugnatoꝛ: quoꝝ primū eſt ꝙ oīa ꝓcepta xp̄i data aplis ⁊ diſcipulis de obſeruātia pauptatis ſicut ꝙ nō poſſideret aurū ⁊c. ⁊ cōſimilia. nun q̄ niſi diſpenſatiue ad tēpus relaxata fuerūt. Cuius oppoſitū tenet ille impugnat⁹ ſicut poſt ea apparebit. Scōm eſt ꝙ ad euāgelice vite obſeruātiā ſpectat poſſeſſionib⁹ etiā carere in cōi. Tertiū eſt ꝙ apli nec i iudea nec iter gētes poſſeſſiones nec i cōmuni ne i ſpāli habuerūt: nec licuit eis habere Ex quo ſequit̄ ſicut poſtea oſtendet̄ ꝙ apli vouerāt oībus poſſeſſionib⁹ i ſpāli et in cōi carere. Quartū eſt ꝙ poſſeſſiōes de quib⁹ fit mētio actuū. iiij. caplō quas vendebāt nō erāt cōmunes ſed erāt ꝓpꝛie ātē venditionē ⁊ ꝓcia earū cōicata fuerunt. In iſtis ⁊ in bijs que ſequūtur ex eis ille impugnatus doctrine thome cōtradicit aperte. Unde idē thomas contra quoſdaz magiſtros pariſien. deſtruentes euāgelicā pauperta tē. ca. vi. Multis modis conatur oſtēdere ꝙ actualis paupertas que eſt per abdicationem ꝓpꝛietatis omniū tēporaliū: ad euangelicā pertinet paupertatem quā et apoſtoli ſeruauerunt. Unde ſicut arguit euāgelica pfectō maxime in apoſtolis claruit: ſed ipſi paupertatem actualē habuerunt ſua omnia relinquentes. et infra ſic ait. Ulterius oſtendam⁹ ꝙ illa perfectio qua aliquis ꝓpꝛia relinquit nō requirat poſſeſſionez diuitiarū in cōmuni. Primordiū em̄ huius perfectionis in xp̄o et i apoſtolis fuit: ſed ipſi nō legūtur ſua relinquētes aliquas poſſeſſiones habuiſſe in cōmuni: imo potius legitur ꝙ nec etiam domus habebant ad manendū: vt ſatis probatū eſt: et infra Itē Auguſtin⁹ dicit i tertio libro de doctrina xp̄iana: ꝙ illi qui cōuerſi ex iudeis fuerunt ad xp̄m: i primitiua eccleſia: q: proxim⁹ ſpūalib⁹

Nota correlariū.

Thomas in quatuor obuiat ipugnatoꝛ. Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

fuerunt taꝫ capaces extiterunt spiritu sancto vt venderent omia: eoꝝq; preciū indigētib⁹ distribuendū āte pedes apl̄oꝝ ponerēt: ⁊ ifra Nō em̄ hoc vllas ecclas gentiū fecisse scriptū est: qz nō tā ꝑpe inuēti erāt q̄ simulacra manu facta deos bēbāt: ꝟ Augustin⁹ ex quib⁹ infert thomas. Ex quo pꝫ q̄ Aug. ꝓfert ꝓfectionē ecclesie ꝑmittue iudeoꝝ ꝓfectiōi ecclie ex gentibus: i hoc q̄ oia sua vendiderūt pauperib⁹ distribuēdo: ꝟ ipi ita vēdiderūt ꝓpria q̄ nullas possessiões i cōi seruauerūt sibi. Et bis colligitur euidenť q̄ ꝑm illū apl̄i nullas possessiones habuerūt: nec habere licite potuerūt. Et q̄ illi de quib⁹ fit mētio i actib⁹: possessiones suas nō tā q̄ cões ꝟ tā q̄ ꝓprias vēdiderūt. dicit em̄ q̄ vēdiderūt ꝓpria: ⁊ ita ille possessiones nūq̄ cões fuerūt. Et hoc dicit ifra exp̄sse ī ꝟ ꝟba. Apl̄i reseruabāt pecunias ⁊ etiā colligebāt: vt sanctis pauperib⁹ q̄ ꝑdia sua vēdiderāt ꝓpter xp̄m necessaria ministrarēt. nec tn̄ illas pecunias habebāt de aliquib⁹ possessionib⁹. ꝟ ex elemosinis fideliū. Apl̄i igit̄ nullas possessiões būerūt. Et si dicas q̄ saltē habebāt pecunias. ⁊ seruabāt ꝑm thomā. Dicendum q̄ vel thomas sibiipi cōtradicit: i hoc q̄ ꝓius dixerat q̄ ꝓceptū de pecunia nō portanda nō fuerat nisi dispensatū ad tēpus. vel loq̄tur illo modo loquēdi quo dicit̄ q̄ q̄ p aliū facit p seipsuꝫ facere videť. vt dicat̄ q̄ apl̄i reseruabāt pecunias qz ordinauerūt q̄ alij reseruarēt. Hijs visis est ad litterā trāseūdū. ⌊Vel debāt⌋. s. illi quoꝝ erāt ⌊Nec i eoꝝ cōitate retinebāt⌋. qz res quas vēdebāt ad cōitatis dn̄i um minime ꝓtinebāt. ⌊Ex hoc nō sequit̄ q̄ añ vēditionē illarū rerū nō habuerūt dn̄iuꝫ⌋. Dicūt isti impugnatores q̄ ex ꝟ q̄ illi quoꝝ erāt ante cōuersionē vēdebāt illas res tā q̄ ꝓprias sicut ex textu actuū apl̄oꝝ bn̄ colligit̄ ⌊Unde sequit̄ q̄ cōitas illa: rerū illarū nō habuit dn̄ium: qz apl̄i domos et agros nō retinebāt i iudea⌋. Causa ē qz nō retinebāt illa q̄ non habebant. predia aut̄ nō habebāt i iudea illo tēpore: nec vnq̄. ideo non retinebāt ⌊Respondet melchiades papa⌋ Dicunt isti impugnatores q̄ melchiades nō respondet ad illā questionē quare apl̄i domos ⁊ agros nō retinebāt in iudea. Sed pōt dici q̄ respōdet ad illā questionē quare nulli fideles illo tēpore domos retinebāt i iudea: sicut post̄ gētes q̄uersi fuerūt multi fideles iter ipos ꝑdia retinebāt. Unde illa videť fuisse itentio melchiadis pape: q̄ qz apostoli ꝓuidebāt: q̄ fideles de iudeis conuersis qui predia habuerūt vel oēs vel plures ex eis: transituri erāt ad gētes cōsuluerūt eis apostoli: q̄ omia predia sua distraberēt et pro salute aiarū suarū de p̄cio debite ordinarēt: ⁊ q̄ nulli cōitati cōmunē vitā ducentiū aliqua predia darent. Causa aut̄ quare cōsuluerunt omnib⁹ q̄ ꝑdia sua distraberēt: cū tn̄ forte nō omēs predia possidētes ad gētes fuerūt transituri: potuit esse illa: qz apostoli ignorabāt vl̄ si per reuelatōnē spūs sancti sciuerunt dicere noluerūt q̄ erāt trāsituri ad gentes ⁊ qui nō. et ideo voluerūt oēs esse paros: ⁊ ꝑm illam explanationē: textus melchiadis sic debet legi. Apostoli ꝓuidebāt futurā eccl̄iam i gētib⁹ hoc est multos de eccl̄ia transituros ad gentes: idcirco cōmunē vitā ducētes i iudea predia minime sunt adepti. etiā ꝓ breuissimo tēpore ⁊ tūc littera est plana: ⁊ sensus apertus. Est tn̄ aduertendū q̄ vni⁹ rei possunt esse multe cause: quarū quelibꝫ aliq̄n ē causa sufficiēs: aliquādo vero nulla est causa sufficiēs: ⁊ iō q̄uis fuerit vna causa quā assignat melchiades quare cōmunē vitā ducētes i iudea ꝑdia minime sunt adepti: hec tn̄ forte nō fuit precisa cā q̄uis forte fuerit causa sufficiēs: ⁊ ideo ꝓpter aliā causam poterāt etiā inter gētes esse aliq̄ cōmunē vitā ducentes q̄ predia minime sunt adepti. Aliter pōt dici q̄ melchiades nō intēdit causam assignare quare apl̄i nō retinebāt predia i iudea ꝓ seipsis. Sed qz nō recipiebāt nec retinebant ꝑdia ꝓ alijs: puta ꝓ subditis suis ⌊Quia nō sic adepti fuerūt ⁊ c̄⌋ hoc dicūt isti impugnatores nullo modo cōtinere veritatē: quia melchiades absolute dicit sine oīi determinatione: minime sint adepti ⌊Ē⌋ qui sic rē adipiscit̄ vt eā incōtinenti a se abdicare debeat adept⁹ ꝓprie nō dicat̄ ⌊Illud dicūt a veritate penitus alienū. Quia constat q̄ mercator emēs rē vt eā statim vendat adipiscitur ipsaꝫ: quia q̄ acquirit liberū dn̄ium alicui⁹ rei ꝓprie eā adipiscit̄: maxime si optinet liberaꝫ possessionē eius. ⌊Apostolis licitū fuit in iudea: si voluissent retinere predia⌋ Hic dicunt isti impugnatores duos errores obuiantes ꝓfectioni apostolice cōtineri. Quoꝝ primus ē q̄ apostoli predia in iudea habuerunt. Secūdus q̄ licuit eis: habita predia retinere. ⌊Nec voto cōpulsi sunt⌋. hic est vt dicūt alius error sc̄z q̄ votū dimittendi vel nō habendi predia minime emiserūt ꝟ volūtate ꝓpria: illud posꝫ habere vnū sensum verū. s. q̄ spontanee ꝑdia dimiserunt: sed intendit ibi ille impugnatus omnē obligationē spontaneā precedentē excludere: et ideo dicunt isti impugnatores ꝑm mentē istius hic errorē includi ⌊quia se nō cōtracturos morā⌋ hec nō est causa vt dicūt isti impugnatores: sed quia proprietatē omnium temporaliū prius per votū reliquerant.

Cōcluditur. Q̄d apostoli possessiones nec habuerūt: nec licite habere potuerūt.

Nota hanc obiectionē cū responsione.

Quarta pars in qua ponuntur notabilia circa litteram.

Nota de causarū multitudine ⁊ sufficientia.

Nota duos errores.

Opis nonagīta dicrū

Capitulū. Vi
In prima parte
istius capituli re
citat primo quin
tam partē tracta
tus cōstitutionis
predicte.

D illud aūt quod subsequēt dicit: ꝙ res vsu cōsumpti
biles i cōi credētes habebāt: ⁊ sic q̄
libet eoꝝ habebat rerū vsu cōsumptibiliū vsū
facti dicim⁹ ꝙ si itelligat ꝙ erāt eis cōia quo
ad ꝓprietatē seu dn̄ium verū dicit. Si vo itel
ligat ꝙ nō fuerūt quo ad ꝓprietatē seu dn̄ium
ꝑ tm̄ quo ad simplicē factiv sum: eū errare dici
mus: ⁊ scripture sacre ꝓtradicit supradicte: ⁊
ꝙ scriptura illa determiatiue supponat res vsu
cōsumptibiles quo ad prietatē seu dn̄ium cre
dentib⁹ fuisse cōes. ptz: dicit em̄ oia istis. s. cre
dentib⁹ fuisse cōia: ⁊ q̄ qui om̄e dicit nihil ex
cludit: sequit̄ ꝙ dictū illud etiā res vsu cōsum
ptibiles cōprehēdit. Quero g̃ quo ad q̄d erāt
istis cōia bona illa. aut dicet ille hereticus ꝙ
erāt cōia quo ad vsuz facti: aut quo ad ius vtē
di seu vsum fructū seu possessionē: aut quo ad
dn̄iuz seu ꝓprietatē. hec em̄ ꝑm decretalē illā
Extra. i reb⁹ tēporalib⁹ repiri ꝓsueuerūt: qđ tm̄
verū ē i reb⁹ nō ꝓsumptibilib⁹ vsu. quātū aūt
ad simplicē vsum facti: ꝙ res ille. s. vsu ꝓsum
ptibiles cōes fuerit dici nequaq̄ pōt ꝓmo q̄
dez: qz i reb⁹ talib⁹. s. vsu cōsumptibilib⁹ vsus
facti sumēdo vsum ꝓprie: locū habere nō pōt
Vsus em̄ sumpt⁹ ꝑhe req̄rit ꝙ cū ipo vsu sub
stātia rei remaneat salua: vt ex ꝓdictis patet:
qđ i reb⁹ cōsumptibilib⁹ nequit esse. Itē quia
vsus facti sic ēvtētis ꝓprius ꝙ nō pōt dici al
terius: nec cōicabilis sibi. ptz em̄ ꝙ act⁹ come
dendi petri sic erat sibi ꝓprius: ꝙ nō poterat
dici alīs esse cōis. quare cōmunio ꝓdicta non
pōt itelligi quo ad simplicē vsum facti. Rur
sus qz vsus facti cōitati nō cōuenit. cuz talis
vsus ꝓsonā verā etigat: quā nō gerit cōitas ꝑ
poti⁹ ymaginariā seu repsentatā. Ad hec nō
pōt dici ꝙ respectu iuris vtēdi seu vsus fruct⁹
dicta cōmunio possit dici: cuz i reb⁹ talibus. s.
vsu cōsumptibilib⁹ iura predicta. s. ius vtēdi
seu vsufruct⁹ ꝓstitui nequeāt: vt ex eoꝝ diffini
tionib⁹ quas ponit dicta cōstitutio. Ad cōdi
torē canonū ptz. Item nec quo ad possessionē
dicta cōio pōt dici: qz si loquamur de possessi
one q̄ ius ē: illa cōio inter credētes ꝑm eū esse
nō potuit: cū ipe asserat apl̄os nullū ius būis
se i istis tpalib⁹: ꝑ tm̄ simplicē vsum facti. si au
tē loquamur de possessiōe q̄ facti ē: illa sic est
cuiuslibet possidētis ꝓpria ꝙ non est cōis ali
cui: nec etiaz cōmunicabilis sicut de vsu facti
dictū ē supra. q̄re sequit̄ ꝙ res ille vsu cōsum
ptibiles q̄ iter ipos erāt effecte cōes quo ad ꝓ
prietatē ⁊ dn̄iuz sint cōes iter ipsos effecte.

Secunda pars
huius capituli in
qua explicatur te
tius prefatus in
quo impugnatus
respondebat ad
tertiā impugna
tionē appellātis.

In illa pte respondet

ad tertiū qđ i impugnatiōe tāgit̄ appellātis:
accepit em̄ appellās ꝙ credētes res vsu ꝓsum
ptibiles habebāt i cōi. Ad illud respōdet ille
impugnat⁹: dicēs ꝙ illa ꝓpositio pōt habere
duplicē itellectū. vn⁹ itellect⁹ ē ꝙ credētes il
li habebāt res vsu cōsumptibiles quo ad dn̄i
um ⁊ ꝓprietatē. ⁊ illuz itellectū dicit eē verū
ꝑ est cōtra appellātē. Alius itellect⁹ pōt eē il
le credētes habebāt res vsu cōsumptibiles in
cōi quo ad simplicē factiv sum: ⁊ illū itellectū
dicit eē falsuz: quē attribuit appellāti. Scđo
ibi. [⁊ ꝙ scriptura illa ⁊c.] ꝓbat ꝙ credētes
habebāt in cōi res vsu cōsumptibiles quo ad
dn̄iuz ⁊ ꝓprietatē ꝑ locū a diuisiōe. sic qz cōstat
ꝙ ꝑmi credētes habuerūt res vsu cōsumptibi
les i cōi: ita ꝙ res ille erāt oīb⁹ cōmunes: aut
ergo fuerūt quo ad vsum facti: aut quo ad ius
vtēdi seu vsumfructū: vel quo ad possessionē:
vel quo ad dn̄ium ⁊ ꝓprietatē. Illā diuisionē
esse sufficiētē ꝑ decretalē Extra. ꝓbat q̄ ponit
ꝓdicta i reb⁹ tēporalib⁹ repiri ꝑ iste res vsu cō
sumptibiles nō fuerūt cōes credētib⁹ quo ad
simplicē vsum facti qđ trib⁹ rōnib⁹ ꝓbare co
nat. Primo sic. i reb⁹ vsu cōsumptibilib⁹ sim
plex vsus facti ꝓprie sumēdo repiri nō pōt: g̃
ille res vsu cōsumptibiles nō fuerūt cōes cre
dētib⁹ quātū ad simplicē vsuz facti. Scđo sic
vsus fact⁹ sic ē ꝓpri⁹ vtentis ꝙ alteri cōicari
nō pōt: patet de actu comedēdi: ergo ille res
vsu cōsumptibiles nō fuerūt cōes quantū ad
simplicē factiv suz. Tertio sic. vsus facti cōita
ti cōuenire nō pōt: qz vsus facti exigit verā ꝑ
sonā q̄lis nō ē cōitas: g̃ ille res nō fuerūt cōes
quātū ad simplicē facti vsuz. Secūdo probat
secūdā partē diuisiōis ꝓdicte. s. ꝙ ille res vsu
cōsumptibiles nō fuerūt cōmunes credētib⁹
quātū ad ius vtendi seu vsumfructū: qz i tali
bus rebus ꝓdicta iura. s. ius vtendi et vsusfru
ctus nequeūt reperiri. Tertio probat tertiaz
partē. s. ꝙ ille res vsu consumptibiles non fue
runt cōmunes quantuz ad possessionē: quia si
sic: aut ergo quantū ad possessionē q̄ est iuris
aut quātū ad possessionē que est facti. Primū
nō pōt dici ꝑm appellantē: qz ꝑm eūvt dicit il
le impugnatus ꝙ ille res erant cōmunes quā
tū ad dominiū et ꝓpietatē. Circa illam
partē isti impugnatores sic procedūt. Primo
em̄ explicāt rōnē appellātis. Scđo ostendūt
ꝙ rō ist⁹ impugnati ꝑ quā ꝓbat ꝙ ille res erāt
cōes quātū ad dn̄iuz ⁊ ꝓprietatē nō cōcludit

In hac tertia pte huius capituli procedit cōtra impugnatuz per duo membra.

Primū membrū tertie ptis huius capituli.

Circa primū dicūt q intentio appellātis ē dicere q res vsu cōsumptibiles fuerūt cōmunes primis credentib⁹ quātū ad potestatē releuādi suas indigētias mediate vel imediate per ipsas. Ad cuius euidentiā est sciendū q illarū rerū consumptibiliū vsu quedā erant pecunie: et quedā erāt alie res q̄ i cibo ⁊ potu cōsistebāt. Et forte fuerūt adhuc aliq̄ alie. Alijs rebus a pecunia licebat forte oībus vti. sed pecunia vti fuit quibusdā licitū ⁊ quibusdam nō fuit licitū sicut apostolis nō fuit licitū ⁊ tñ p illas pecunias poterāt apostoli aliquomō suas indigentias releuare inquātū alij poterant necessaria ad victū de pecunijs emere: ⁊ apostolis assignare. Et ita licet apli non reciperēt pecuniā p se vel p interpositā personā: tñ quodāmodo mediate per pecuniā suas idigētias subleuabāt: inquātū alij emebāt illa que erant necessaria apostolis ad suas idigētias subleuandas: ⁊ ita oīa illo modo erāt cōia oībus quātū ad potestatē. s. supradictā. Et scdo erant omia cōia oībus quātū ad potestatē pētdi suas idigētias subleuari p res illas. Tertio erant cōmunes vel oībus vel alijs omib⁹ p̄terq̄ apostolis quātū ad ius vendēdi ⁊ reperēdi si iuste ablate fuissent. ⁊ quātū ad ius etiā defendēdi i iudicio si aliquis eas a fidelibus idebite petiuisset. Et ita accipiēdo dominiū ⁊ ꝓprietatē cōiter sicut distinctū est p̄ius ille res fuerunt cōmunes vel simpliciter oībus vel omibus exceptis apostolis quātū ad tale dñium ⁊ ꝓprietatē in cōi. Sed nō erāt cōmunes quibuscūq̄ credētib⁹ quātū ad dñium ciuile ⁊ mūdanū: quo possent res illas ad placitū dispēsare: aut etiā libere vēdere ⁊ donare: ⁊ de tali dñio ⁊ ꝓprietate loquit ille impugnatus: ⁊ ideo dicūt q hic apte errat dogmatizādo q res vsu cōsumptibiles erāt cōmunes illis credentib⁹ quātū ad tale dñium ⁊ ꝓprietatē: sicut ostensum est p̄ius. Et ex illo cōcludūt isti impugnatores q apli nō habuerūt dominiū ⁊ ꝓprietatē i speciali: nec etiā i cōi quātū ad spāle ipsor̄ collegiū illarū rerū vsu consumptibiliū: q res cōes nō sunt ꝓprie alicui⁹ nec aliquib⁹ de illa cōitate: sed res ille vsu cōsumptibiles fuerunt cōmunes oībus credētibus: ergo nō fuerūt ꝓprie alicui apostolo: nec toti collegio apl̄or̄: ⁊ tñ habuerūt vsum facti illarū rerū: ergo habuerūt vsum facti a ꝓpietate ⁊ dñio separatū: ⁊ de hoc superi⁹ patuit ⁊ infra patebit. Scdo ostēdūt isti impugnatores q rō p quā ille impugnat⁹ ꝓbare conat: q res ille vsu cōsumptibiles fuerūt cōmunes quātū ad dñium ⁊ ꝓprietatē: accipiēdo dñium sicut ille accepit. s. p dñio q̄ ē ptās libere dispēsādi et ordināndi de re ad illius placitū volūtat⁹ cui⁹ est dñium nō cōcludit: imo etiā de nullo dñio ꝓcludit. Ad cui⁹ euidētiā dicūt esse sciendū q ille impugnat⁹ vtitur hic istis terminis vsus facti: ius vtēdi: vsufruct⁹: possessio: ꝓprietas eodē modo quo vtit̄ ipis nicolaus tertius i decretali Exijt. Unde ⁊ b ille impugnatus p dictā decretalē Exijt: suā diuisionē esse sufficiēter ꝓbare molit̄: cū dicit. hec em̄ fm decretalē illā Exijt: i reb⁹ tēpor. alib⁹ repiri ꝓsueuerūt: i dicta aūt ꝓticula illi⁹ decretalis exijt ius vtēdi nō accipit̄ cōmunissime p quocūq̄ iure vtēdi: ⁊ accipit̄ p iure vtēdi quo valet aliquis p vsu rei i iudicio litigare ⁊ vsum a iudice petere si negat̄. Q̄ em̄ ibidē ius vtēdi non accipiat̄ cōmunissime patet apte. Nā fm ipos fratres i reb⁹ quib⁹ vtunt̄ nihil iuris habent. Alibi tñ dicit q fratres i extreme necessitat⁹ articulo cōstituti ꝑñt iure poli sustētatiōi nature ꝓuidere. Et ita aliq̄ ius vtēdi reb⁹ quibus natura sustētet̄ ꝑñt habere fratres: nō ergo fratres minores carēt omni iure: nōe iuris cōmunissime sumpto: oporter g̃ cuz nicolaus dicit fratres i reb⁹ q̄bus vtunt̄ nihil iuris habere: ⁊ p ꝑñs nō habēt ius vtēdi: q̄ō ius vtēdi ibidē strict⁹ accipiat̄. Accipit ergo ius vtendi p iure quo habēs ius pōt i iudicio p vsu rei litigare. Hoc etiā patet ex alio q̄ fz eundē nicolaū i eadem decretali Exijt. vsus facti quo fratres minores reb⁹ vtunt̄: facti tm̄modo nomē habēs q̄ō facti ē i vtēdo tm̄: ꝓbet vtēti⁹ nihil iuris. Et postea subdit. reb⁹ fratres vti licite ꝑñt durāte cōcedentis licentia. Ex bijs verbis euidenter colligitur q nicolaus tertius iter ius et licentiam manifeste distinguit ⁊ q licentiaz negat esse ius: ⁊ tñ cōmunissime accipiēdo ius p omi licita ptāte: licētia possz vocari ius: ⁊ licētia talis de qua loquit̄ nicolaus tertius: q̄ nullā dat actionē nō pōt vocari ius: quo pōt quis p re vel vsu rei i iudicio litigare. Et in hoc secutus fuit ysodorū. qui vt habetur di. i. c. omēs. ait trānsire per agrū alienum fas est: ius nō est. vbi dicit glosa. licet sit equū iure diuino: tamen non est ius id est nō dat ciuilē actionē. Ex bijs manifeste colligit̄ q nō nūq̄ accipit̄ ius p̄o iure quo valet quis in iudicio litigare: et ita accipit nicolaus tertius ius vtendi: p̄o iure quo valet quis p vsu rei in iudicio litigare: cū ergo ille impugnat⁹ hic alleget nicolaū debz eodē modo accipere ius vtendi: quomodo accipit nicolaus terti⁹ Scdo dicūt isti ipugnatores q vsus facti pōt dupliciter accipi. s. p̄o actu vtendi vt p actu comedendi: bibendi: vestiendi ⁊c. Aliter pōt accipi p̄o potestate licita talē actū eliciendi.

Nota hic in quo sensu licētia pōt vocari ius et in quo non.

Nota quomodo nō omne ius vel equitas dat ciuilē actionē: sed solum ius fori.

Sciēdū mēbrum tertie ptis huius capituli.

His visis dicūt q̄ rō nō cōcludit imo ex ip sa seq̄ret q̄ frēs mīores res multas haberēt quo ad dominiū ⁊ ꝓprietatē. Nā cōstat q̄ res multe cōcesse sunt fratrib⁹ i cōi ⁊ nulli fratri i spāli etiā res vsu cōsumptibiles ⁊ p cōsequēs tales res etiā vsu consumptibiles sunt cōmunes fratrib⁹ mīoꝝb⁹. aut ergo cōmunes sunt fratrib⁹ quātū ad vsum facti ⁊ h̄ nō scd̄m illū quia vsus facti est cuilibet ꝓprius ꝑm ipz. aut quo ad ius vtendi seu vsumfructū: qd̄ nō pōt dici: q̄ fratres talia iura habere non possunt scd̄m nicolaū tertiū. aut quo ad possessionez ⁊ tūc aut quo ad possessionē q̄ est ius ⁊ hoc dici nō pōt: q̄ fratres nō habēt tale ius ꝑz nicolaū tertiū. aut quo ad possessionē q̄ est facti: ⁊ hoc dici nō pōt: q̄ possessio facti ē cuilibet p pria ⁊ nulli cōicabilis: relinquit ergo q̄ sūt cō munes quātū ad ꝓprietatē ⁊ dn̄ium: ⁊ ita clare patet q̄ positio ist⁹ impugnati equalit̄ ꝓbat de fratrib⁹ mīoꝝb⁹ q̄ bn̄t res cōmunes nō solū vsu cōsumptibiles sed etiā nō cōsumptibiles vsu q̄tū ad dn̄ium ⁊ ꝓprietatē: sicut probat de primis credentib⁹ q̄ res nō cōsumptibiles vsu erāt eis cōmunes ad dominiū et ꝓpietatē. Quare cū hoc nō sit ꝓcedēdū de fratrib⁹ etiā ꝑm illū impugnatū q̄ dicit solos fratres mīores ꝓfiteri viuere sine ꝓprio: ⁊ p cōsequēs fratres mīores nullas res habēt cōmunes quātū ad dn̄ium ⁊ ꝓprietatē: sicut habēt alij religiosi. Euident̄ ergo cōcludit̄ q̄ rō p̄dicta de primis credentib⁹ nō cōuenit sicut nec fratrib⁹ mīoꝝb⁹. licet ꝑm rei veritatē nō sit oīno simile de primis credētib⁹ ⁊ de fratribus sicut nec est simile de tota cōitate fideliū ⁊ de vna cōitate ptiali ⁊ spāli. Nā sicut nō est expediēs q̄ tota cōmunitas fideliū quātū ad omnē sui partē voto castitatis se astringat et tn̄ ē expediēs q̄ aliqua cōitas ptialis fideliuz voueat castitatē: ita licet sit cōueniēs q̄ vna religio ptialis abdicet a se oīm̄ ius vtēdi quo valeat ꝓ tēporalib⁹ i iudicio litigare: tn̄ nō ē cōueniēs q̄ tota cōgregatio fideliū oīm̄ tale ius a se abdicet. q: expedit q̄ aliq̄ fideles ptā tē habeāt bona fideliū defendēdi illo aūt tpe quo credētes oīa sua fecerūt cōia: ipi erāt vel tota cōitas fideliū vel fere tota: ita q̄ paucivl̄ nulli ꝑter ipsos erāt tūc fideles. et ideo nō videt fuisse ꝓueniēs q̄ a se abdicauerit oīm̄ ius i tēporalib⁹ q̄ habebāt. Per h̄ patet respōsio ad rōnē ist̄ius impugnati: quia si itelligat p vsum facti sicut intelligit solūmodo actum vtēdi sicut actū comedēdi bibendi ⁊ hmōi: sic est diuisio sua isufficiēs si ius vtendi accipiat̄ sicut accipit̄ i decreta li Extra quā allegat: q: sicut aliquid pōt esse multis cōe qd̄ nō est cōe nec quo ad ius facti qui est actus vtendi: nec quo ad ius vtendi quo valet quis ꝓ vsu rei in iudicio litigare: nec quo ad vsumfructū: nec quo ad possessionē: nec quo ad dn̄ium seu ꝓprietatē. Hoc multis ꝓbat exemplis. Primū est de fratribus mīoꝝb⁹ qui sepe multas res habēt cōmunes: et tn̄ nullo p̄dictoꝝ mōrū sed sunt eis cōmunes quantū ad licitā potestatē vtendi q̄diu durat licentia cōcedētis

Primū exēplus

Scōz exēplū ē de iuitatis ad mēsā alicui⁹ quib⁹ illa q̄ apponūtur cōa oīb⁹ simul ⁊ cōa nullo determinate: sunt eis cōmunia añq̄ ici piāt actualiter vti ipis: ⁊ tn̄ nullo p̄dictoꝝ modoꝝ sunt eis cōmunia ꝑ sunt eis cōia quo ad licitā ptātē vtēdi. Diceret aliquis forte ad illud exemplū q̄ illa sunt eis cōia quo ad possessionē facti ꝑ nō excludit exemplū. quinetiā vocādo talē ꝑsentiā rerū possessionē facti possint aliqua fieri cōmunia absq̄ oī possessiōe tali: pura si aliquis diues daret aliquib⁹ pauperib⁹ licentiā intrādi domū suā ⁊ vtendi oībus que inuenirēt i mensa appositā: illa tūc p talē licentiā effecta essent cōmunia quātū ad licitā potestatē vtendi ante verū actū vtendi ⁊ absq̄ oīm̄ iure vtendi quo valerēt vsum i iudicio vendicare si cōcedēs suā licentiā reuocaret: ⁊ sine oi vsu fructu ⁊ sine dominio ⁊ ꝓprietate ⁊ sine possessiōe etiā tali q̄ esset rerū ꝓsentia ⁊ ita aliquid est cōmune ⁊ tn̄ nullo p̄dictoꝝ modoꝝ

Secundū exemplum.

Tertiū exemplū de seruis et famulis qui habēt cōmunē licentiā vtendi ad necessitatē aliquib⁹ reb⁹ dn̄i sui quib⁹ nulla est certa portio assignata i illis. illa em̄ sunt cōmunia ⁊ tn̄ nullo predictoꝝ modoꝝ. patet p mēbra singula discurrendo. sunt ergo cōmunia alio modo: q: quātū ad licitā ptātē vtēdi ꝓ suis necessitatib⁹ subleuādis quouscq̄ dn̄s ordinaret. Posz em̄ eis p modū aliū ꝓuidere

Tertiū exemplū

Multa alia exempla possent adduci ꝑ illa ad ꝓsens sufficiant: q: ꝓ illa vt dicūt isti impugnatores patet expresse q̄ diuisio sua sicut ip se eā itelligit est isufficiēs reputāda. Cū vero allegat nicolaus. dicūt q̄ nicolaus terti⁹ magis cōmuniter accepit vsum facti q̄ ille: quia nicolaus tertius nō solū accepit vsum facti ꝓ actu vtendi sicut ꝓ actu comedēdi bibēdi et inhabitādi ⁊ hmōi. sed accepit etiā vsuz facti ꝓ licita ptātē vtēdi quomodo accepit vsuz beatus Clemēs prout recitat. xij. q. i. c. dilectissimis. cū dicit. Cōmunis em̄ vsus oīm̄ q̄ sunt in hoc mūdo omibus esse boibus debuit ⁊c. vbi nō accipit vsus ꝓ actu vtendi nec ꝓ vsu q̄ est vsus iuris nudus nec ꝓ vsu fructu sed accipitur ꝓ licita ptātē vtendi ⁊ sic accipit vsum facti nicolaus. vnde simplicē vsum facti vocat

Hic notatur differētia iter cōitatē omniū fideliū et cōitatē aliquā ꝑticularem.

Solutio rōnis impugnati.

licitā ptātē vtendi cui nō est necessario annexum ius quo vsum valeat in iudicio vendicare nōnūq; tamē vsus facti vocat actum vtēdi

Dubiū vtrū licēcia debeat vocari ius

Sed forte aliqs dubitaret circa p̄dicta. an licētia debeat ius vocari. Ad hoc dici pōt ad p̄ns q; an licētia possit vocari ius cōmunissime accepto noīe iuris ē iferius indagādum Ad p̄ns autē sufficiat q; nō dz vocari ius quo valeat qs rē vel vsum rei i iudicio vēdicare vl defendere quoquomodo. Sed adhuc q̄reret aliqs quō accepit nicolaus terti⁹ ius vtēdi. Ad hoc pōt dici saluo meliori iudicio: q; licet ius vtēdi cōmuniť ⁊ tñ p̄pe sumptū cōius sit q; vsufructu⁹ ⁊ nud⁹ vsus tñ stricte sumptū ē idē q; nudus vsus. Et sic nicolaus terti⁹ in decretali exīt videť accipe ius vtēdi ⁊ sic accepto iure vtēdi an nicolaus terti⁹ cū dicit. cū i reb⁹ tēporalib⁹ sit p̄siderare p̄cipuū p̄prie tatē possessionē vsufructū ius vtēdi ⁊ simplicē facti vsuz ⁊ vteri⁹ ⁊c. sufficiēter enumeret oīa q; p̄nt i reb⁹ tp̄alib⁹ reperi vel nō. Ad p̄ns ē nullaten⁹ iquirēdū p̄sertim cū nicolaus tertius enumerauerit illa q; ad suū itētū sufficiūt

Dic applicať solutio rationis ad p̄mos credētes.

Aliso quō diuisio ist⁹ impugnativt eā itelligit ē insufficiēs ⁊ ita quātū ad formā arguēdi rō sua ē soluta tñ illa solutio ad p̄mos credētes de quib⁹ facta ē rō applicet. Et vt videať quō erāt oīa istis cōmunia ē p mēbra singula discurrendū. Cū igiť p̄mo accipiť q; ille res nō erāt cōmunes omib⁹ credentib⁹ quātū ad simplicē factiv̄sum. Dicūt isti impugnatores q; illa pōt p̄cedi si simplex factiv̄sus excludat omne ius. q̄a dicūt q; inter illos credētes erāt aliqui qui vel gerētes vicem totius cōitatis vel alicuius p̄gregationis partialis poterāt res illas si ablate fuissent ab infidelibus i iudicio vendicare: ⁊ ita vel tota cōitas: vel aliqua pars cōitatis ius bēbat in rebus cōibus quo valebāt in iudicio litigare. Cōitas tamē specialis apostolorū nullo modo tale ius habebat. ⁊ ita apli vtendo aliqbus rebus cōib⁹ habebāt actum vtēdi separatuz ab omi dñio speciali ⁊ cōi p̄prio collegio aplorum. Sic igitur accepto simplici vsu facti: nō soluz pro actu vtendi: sed etiā p licita ptāte vtendi separata ab omni iure quo quis valeat in iudicio litigare. concedi potest q; res ille nō erāt cōes oīb⁹ quantū ad simplicē vsum facti. nec appellans vnq̄ dixit q; erāt cōes oibus q̄tuz ad simplicem vsum facti sic accepto simplici vsu facti. Si aūt simplex vsus facti accipitur p licita ptāte vtendi cui nō necessario est annexū ius quo q̄s valeat litigare in iudicio: sic fuerūt oīa cōia q̄tū ad simplicez facti vsum. hoc tñ p̄pter aplos intelligendū est sane: q̄b⁹ nō erat licitū vti pecunia: sed tantuz licitum erat eis vti ill' q; de pecunia emebanť. et licet hoc sit verum fm impugnatores tñ rōnes sue vt dicunt nō concludūt. Vnde dicūt q; p̄ma ratio sua accepit errorē apertū cuz dicit q; in rebus vsu cōsumptibilibus: vsus facti sumendo vsum p̄prie: locū habere nō potest. hoc cū vt dicūt erroneū esset censendū. Ad cuius euidentiā dicūt esse sciendū q; aliquod nomē vel vocabulū habet sepe plures significationes. quarū quelibet est p̄pria. Vnde dicūt q; semper in p̄mo modo equiuocationis q̄libz significatio ē p̄pria. licet in scdo modo. si vna sibi principalis ⁊ cōior sit p̄pria. et secūdaria aut minus cōis sit improp̄ria. Nunc aūt ita ē q; hoc nomen vsus habet plures significationes: quia aliq̄n accipiť p actu vtendi. aliq̄n p quodā iure determinato quo q̄s determinato modo vellet vti rebus alienis. P̄ma aūt significatio huius noīs vsus est principalior et cōmunior. tum quia p̄ius inuēta: tū quia in pluribus sciētijs ⁊ modo loquēdi vulgari sepius vsitata. Nam hoc noīe vsus in p̄ma significatione vtunť oēs sciētie que vtunť hoc nomine vsus. Sic ēm theologia. phīa moralis. medicina et legales sciētie vtunť hoc nomie vsus. Et modus etiā loquēdi vulgaris in eadem significatiōe vtitur hoc noīe vsus. Ꝯ alia significatione eius nō vtunť nec theologia. nec moralis phīa. nec medicina nec vulgaris modus loquēdi. sed solūmō legales scie ⁊ scripture que modū loquēdi sciētiarū legaliū imitantur. vtunť hoc noīe vsus in scda significatione. hoc auctoritatibus innumeris manifeste posset p̄bari. sed p̄o p̄lixitate vitanda minime adducunť. P̄ria ergo significatio vsus fm q; accipiť p actu vtendi est principalis et cōior significatio huius noīs vsus: nec est a significatione alia deriuata vel accepta. ergo illa est p̄pria significatio eius. licet etiā forte alia sit p̄pria. Cum igiť actus comedēdi bibendi ⁊ hmōi in theologia: phīa morali: medicina: vulgari modo loquēdi ⁊ in sciētijs legalibus vocenť actus vtendi ⁊ vsus: sicut p innumeras auctoritates posset ostendi. constat q; actus comedēdi ⁊ bibēdi ⁊ hmōi est p̄pe vsus Ex quo patēter inferť q; vsus facti qui p̄prie vocatur actus vtendi: p̄prie in rebus vsu cōsumptibilibus reperiť. ⁊ q̄uis vsus facti p̄pe reperiať in rebus vsu cōsumptibilib⁹: tñ vsus iuris nō reperiť p̄prie in oībus rebus vsu consumptibilibus. Vnde ille terminus vsus iuris habet duas significatiōes. vnā p̄priā: ⁊ fm illam concedendū est q; vsus iuris reperitur in rebus nō cōsumptibilibus vsu. Aliam habet

Notabile de multiplicitate significatois huius noīs vsus

Nota hic diam aplorū ⁊ aliorum primorū credentium

Nota de aplis.

Nota hic applicať distinctō ad solutōem primorū impugnati

significationē impropriā: ⁊ ſm illā cōceditur q̄ vſus iuris reperit̄ in quibuſdā rebus vſu cō ſumpti bilib⁹. nullo tamē modo debet negari vſumfacti in rebus vſu cōſumptibilib⁹ reperi ri ꝓprie ſumpto vſu. Sed forte dicet aliq̄s q̄ tales diſtinctiones multiplicatū vocabulo⁹ ⁊ declaratiōes vocabulo⁹ ad ſciētias ſpectāt ſermociales: nō ad ſciētias reales: nec ad ſcri pturas de reb⁹: ⁊ ita cū tractaī de rebus ſicut in ꝓpoſito tractaī de reb⁹ ⁊ nō de ſermonib⁹ talia minime ſunt adducēda. Ad hoc iſti i pugnatores reſpondent dicētes q̄ in oīb⁹ ſcri pturis ⁊ argumētationib⁹ impugnātib⁹ verita tē defect⁹ qui admittūtur in ipſis debet ve ritatis amator patētius explicare: ne in erro res ſimplices inducātur. iſte autē impugnat⁹ vt dicūt iſti ipugnatores per multiplicitates terminorū ⁊ nominū ⁊ abuſiuos et extraneos modos loquēdi: prophanas vocū nouitates ⁊ modorū loquēdi cōmuniū reprobationē mo litur errores inducere: pſternere veritatē: ſcri pturas ſacras ad falſum trahere intellectū: do ctrinā ſanctor⁹ ſubuertere. determiationes ec cleſie reprobare. decretales ſummor⁹ pontifi cū ānullare: hereticare: catholicos innocētes ⁊ religiōes cōfundere: ac fidē deſtruere ortho doxā. ideo dicūt q̄ huiuſmodi multiplicitates ⁊ modos loquendi oportet euidētius expla nare. quia ipſis declaratis expreſſius oī intelli gēti patebit q̄ doctrina iſtius impugnati ab oni veritate eſt vacua: plena erroribus nullā habēs apparentiā. vel coloꝛē imo exiſtimant q̄ ſi illa que ad ſermocinales ſpectāt ſciētias didiciſſet ⁊ intellexiſſet: ⁊ ſi nō veritatis amo re: tamen ex timore verecūdie ſcripturas ſuas nullaten⁹ publicaſſet. q̄te autē vtilitatis pro intelligendis ſcripturis imo q̄te neceſſitatis ſint ſermocinales ſciētie. ſancti canonice ſcri pture tractatores euidēter exponūt. Auguſti nus enī in libro ſcdo de ordine rerū aſſerit ma nifeſte q̄ ad queſtiōes difficiles theologie tra ctādas null⁹ debet ſine ſciētia diſputādi acce dere. Anſelm⁹ etiā docet vnūquēq̄ theologiā volentē addiſcere ꝓpus in rudimētis grāmati ce ⁊ logice fundari debere. ⁊ Jeronim⁹ vt reci taī dist. xxxiij. c. ſi quis ait. Si quis grāmati caz arte nouerit vel dyalecticāt recte loquē di rationē habeat ⁊ iter vera ⁊ falſa dijudicet nō improbabim⁹. Quia ergo ille impugnat⁹ vt dicūt iſti impugnatores ꝓpter ignorantiam multiplicitatis vocū ⁊ modorū per diuerſa ſo phiſmatū diuerticula in mltas incidit falſita tes ad ſuas clam⁹ manifeſtādas multiplicita tes vocū ⁊ fallacias p quas ſua peccāt ſophiſ mata patēter oportet detegere. q̄ alit ſua ſo phiſmata inſoluta manebūt. Pria itaq̄ rō ſua falſuz aſſumit cū dicit q̄ in reb⁹ vſu cōſum ptibilib⁹ vſus facti ꝓprie ſumēdo locū hīe nō pōt. q̄ vſus facti ſicut dictū eſt ꝓprie ſignifi cat actū comedēdi bibēdi ⁊ hmōi. Cū vero p bat q̄ vſus ꝓprie ſumpt⁹ req̄rit q̄ cū ipo rema neat rei ſubſtātia ſalua: illa ſi habet veritatez debet intelligi de vſu iuris nō de vſu facti. Et ita p̄ eā ꝓbaī q̄ vſus iuris in oīb⁹ reb⁹ vſu cō ſumptibilib⁹ ꝓprie locū hīe nō pōt. ſed ex hoc nō ſequit̄ q̄ vſus facti in ipis ꝓprie habere lo cū nō pōt: ⁊ ita p̄ma rō erroꝛē accipit apertuz vt dicūt iſti impugnatores. hoc tm̄ nō obſtāte illā debet cōcedere q̄ ille res erāt cōes oībus q̄tuz ad vſuz facti. et hoc accipiēdo vſuz facti q̄tuz ad licitā ptātem vtēdi ipis reb⁹ cōib⁹. vel aliq̄b⁹ ēptis de alijs reb⁹ cōib⁹ qō dicūt p pter apoſtolos q̄b⁹ nō licebat vti pecunia que tm̄ debz iter res illas vſu cōſumptibiles cōpu tari. Scda etiā rō nō ꝓcludit q̄ ꝓcedit de vſu facti q̄ eſt act⁹ vtēdi ⁊ nō de ptāte vtendi modo p̄dicto. Tertia rō vt dicūt iſti impu gnatores aſſumit q̄daz erronea q̄ ſunt ita ridi culoſa vt nequaq̄ ꝓbatiōe ſed deriſu indi geāt. Primū eſt q̄ vſus facti cōitati nō cō uenit. illud dicūt iſti ipugnatores eē erroneū q̄ ſcripture diuine repugnat. Popul⁹ enīz eſt quedaz cōitas ⁊ tm̄ populo cōuenit vſus facti Ait enī aplus p̄me choꝛ. iij. Sedit populus māducare ⁊ bibē: ⁊ illō babeī exodi. xxxi. In alijs etiā locis ſcripture patēter vſus facti po pulo plebi turbe ⁊ ita cōitatib⁹ mulī tribuiī.

Secundū erroneū in rone p̄dicta contēnit vt dicūt eſt q̄ cōitas gerit ꝓſonā ymaginariā ſeu repſentatā. hoc enī videī cōtrariū verita ti. etiā repreſentata nequeūt agere realiī. ſed eccl̄ia eſt quedā cōitas q̄ multos pōt act⁹ rea les exercere. habet enī eccl̄ia iuriſditionē ma gnā p quā pōt iudicare inter litigātes. res ec cleſie defenſare: ⁊ mlta alia facere q̄ neq̄unt p ſone imagiarie repn̄tate q̄ēire. Hoc p mltas auctoritates ſcripture diuine ⁊ p ſacros cano nes multiplicī poſſet oſtēdi ſicut dicūt iſti i pugnatores. q̄ eſt tā deriſoriū q̄ nō oportet rō nib⁹ vel auctoritatib⁹ improbare. hoc etiā vt di cūt dicta iſtius ipugnati repugnat. Nā in cō ſtitutiōe ſua [quia quoundā] aſſerit manife ſte q̄ ordo minoꝛ nō eſt ꝓſona ymaginaria et repſentata ⁊ eadez rōne: alia cōitas nō eſt p ſona ymaginaria ⁊ repſentata. Ad rōnem igit̄ dicūt iſti ipugnatores. cōitati p̄ oꝛ vſus fa cti cōuenire: q̄ pōt māducare ⁊ bibere ⁊ veſti ri. ⁊ cū oꝛ talis vſus vnaz ⁊ verā ꝓſonā exigit. Dicūt q̄ interdū vſus facti ſicut vnus act⁹ co medēdi ⁊ bibēdi req̄rit vnicā ꝓſonā. licz aliq̄s

Nota inſtantiā.

Reſponſio

Nota īuectiuā.

Auguſtinus de vtilitate logice

Anſelmus de vtilitate logice.

Hieronymus de vtilitate logice

Hic redit ad ſolu uendū ad formā primā rationem

Solutio ſecunde rōnis ipugnati

Solutio tertie

Nota bocardū cū cōtra iuriſtas

sit alius actus qui nō requirit vnicā psonam sed plures psonas: sicut de tractu nauis q̄ nō vnicā psonā: sed multas psonas veras req̄rit et ita ois actus req̄rit verā psonā: ⁊ hꝫ vel vnā vel plures. Cū ꝯo dicit q̄ cōitas nō gerit veram psonā. dicūt q̄ cōitas nō est vna vera psona. sed est plures vere psone. Vnde ppls ē multi hoies cōgregati in vnū: sicut cōitas fideliū est multi fideles profitētes. Et ideo cuz dicit q̄ cōitas gerit psonā imaginariā seu repsentatā. Dicūt q̄ illud est ridiculosum: q̄a cōitas nō est aliquid fantasticū nec imaginarium. sed vere psone: sicut grex porcoꝝ nō est aliq̄d fantasticū: nec ciuitas ē aliq̄d fantasticum aut fictum: sed est vere res plures nōvnica. Deinde isti impugnatores rñdent ad illud mēbrū q̄ res vsu ꝯsumptibiles nō fuerūt cōes credētib⁹ q̄tū ad ius vtēdi seu vsumfructū: dicētes q̄ accipiēdo ius vtendi stricte: sicut in decretali. Exiit. Ille res nō fuerūt cōes credētibus: neq̄ quo ad ius vtēdi neq̄ quo ad vsumfructū: q̄a ille res nō fuerūt alicui⁹ alterius q̄ illoꝝ credentiuz. ⁊ ideo nō habebāt in eis tale ius vtendi. i. nudū vsum iur neq̄ vsū fructū. Accipiēdo tñ ius vtendi cōiter. sic fuerūt ille res cōes vel oibus credētibus vel aliq̄b⁹ quo ad ius vtendi. Et q̄ꝺ q̄ fuerūt cōes oibus credētib⁹: vel aliq̄bus quo ad ius vtendi sumptū cōiter ꝓpter aplos. ideo intētio istoꝝ q̄tū ad aplos est hic aliq̄liter declarāda

Dicūt igit isti impugnatores q̄ nec ē intētio appellatis nec ipoꝝ in suis traditōib⁹ ida gare an apli habuerunt in tpalibus aliq̄ꝺ ius vtēdi. imo etiā aliq̄le dñium ⁊ ꝓpetate cōez collegio suo spāli ⁊ toti residuo cōitatis fideliū: vel illoꝝ qui bōa cōia ecclesie dispēsanda receperūt: sed intētio eoꝝ est q̄ apli in rebus tpalibus nō habuerūt dñium vel ꝓpetatē: nec aliquod ius vtēdi. etiā cōiter accepto iure vtēdi pro iure quod actionē dat ciuilē. propaū collegio aploꝝ quēadmodū nolūt discutere an fratres minozes nūc habeāt ius vl ꝺo miniū cōiter accepto dñio in rebus cōib⁹ toti⁹ ecclesie in q̄bus sicut ostēsum est pius vel tota cōitas oim fideliū. vel cōitas aliquoruz fideliū. nō oim habet aliquale dñiuz: sed intēdūt asserere q̄ nec totus ordo fratrū minoruz: nec aliqua pars ordinis hz aliquod dñiuz vel ius quo possit q̄s in iudicio litigare: qꝺ sit propaū toti ordini vel alicui pti eius. ⁊ propter ꝺ sepe vtunt tali mō loquēdi tota cōitas credentiū. vel aliq̄ ps habuit ius aliq̄ꝺ i reb⁹ cōibus. q̄ si apli habuerūt ius cōe collegio suo ⁊ alijs etiā debet dici q̄ tota cōitas bēbat ius i hmōi reb⁹. Si aūt apli nō bēbāt ius cōe sibi⁊ alijs cū certū sit q̄ nō habuerūt ꝓpaū: nec aliquib⁹ aplis: nec alicui aplo: neq̄ toti collegio aploꝝ. tūc debz dici q̄ altera ps cōitatis oim fideliū q̄ tūc erāt: aliq̄ꝺ ius habuit in hmōi rebus. Apli aūt fm illū modū habebāt tātūmodo licitā ptātez vtēdi reb⁹ ēptis de pecunia q̄ erat cōis. ⁊ etiā habebāt licitā ptātem vtēdi reb⁹ aliꝝ post distributionē factā per illos ad quos distribuere ptinebat. Et ad illud qꝺ de possessiōe. dicūt q̄ ille res cōes fuerūt vel oib⁹ credētib⁹ vel aliq̄b⁹ q̄tuz ad possessionē q̄ est ius possidēdi seu detinēdi. nec hoc negat appellās. licz dicat aplos nullū ius ꝓpaū aplis vel coꝝ collegio in illis tpalib⁹ habuisse. sed tm̄ simplicē facti vsum: p exclusionē ois iuris ꝓpij collegio aploꝝ ⁊ cuilibz aplo. Ad cōclusionē aut quā vltio infert q̄ ille res erāt effecte cōes quo ad dñium ⁊ ꝓpietatē. Dicunt q̄ erāt cōes vel toti cōitati: vel alicui pti cōitatis quo ad aliquale dñium seu ꝓpietatē. sz nō ad tale dñium: quale iste ipugnat⁹ ipos asserit habuisse. Circa litterā aliqua sunt notāda. [Si ꝯo itelligat q̄ nō erāt eis cōia quo ad ꝓpietatē seu dñiuz] hic recitat ꝯba appellātis q̄ licet intelligat q̄ nō erāt eis cōia quo ad ꝓpietatē seu dñiuz illomō quo accepit ille ipugnat⁹ ꝓpietatē seu dñiuz. puta accipiēdo dominiuz pro dñio qꝺ nōnulli vocāt dñiuz liberuz. quomō res eccl'ie nō sunt cōes quo ad propietatē seu dñium. Diceret tamen appellās q̄ erāt cōes oib⁹ vel aliq̄b⁹ quo ad dñiuz. Alio modo accipiēdo dñiuz sicut tactū est ꝓius [sed tantū quo ad simplicē facti vsuz] Dic falsum ponit appellāti vt dicūt. q̄ sicut patet i tota illa ipugnatiōe de simplici facti vsu. precipue cū dictoe exclusiua nullā facit penit⁹ mētiōez [Aut quo ad ius vtēdi seu vsumfructū] Dic inuit q̄ pro eodē accipiaꝫ ius vtēdi ⁊ vsusfructus quod nō est verum. Cetera patent per ea que dicta sunt superi⁹. Capitulū septimū.

Vantū autē ad illud qꝺ postea hereticꝰ dicit videlicz. Et sic q̄libz eoꝝ habebat vsum reruz vsu cōsumptibiliū absq̄ dñio ⁊ ꝓpietate: siue a ꝓpetate ⁊ dñio sepatū dicim⁹ q̄ illud infert ex falsa suppositiōe quā fecerat ꝓius. Dixerat enī q̄ res vsu cōsumptibiles inf credētes erāt cōes tm̄ quo ad simplicē vsuz facti. Et ex ꝺ cōcludit q̄ q̄libz eoꝝ absq̄ dñio ⁊ ꝓpietate habeat rerū vsu ꝯsumptibiliū vsuz facti. vnde cū primū sit falsuz. s. q̄ res vsu cōsumptibiles essent cōes inf credētes tantū quo ad simplicē vsuz facti. imo erāt cōes quo ad dñiuz seu ꝓpietatē vt supius est

Solutio ad aliā mēbruz tertie rationis

Nota declaratione intētionis appellātis

Dic nō querit an fratres minozes bēant ius cōe in bōis cōibus totius eccl'ie. sed an habeāt dñiū ⁊ ius ciuile cōe spectās spāliter ad eoruz ordinem

Quarta pars capituli ponit notabilia circa litterā

Cap. VII Pria pars istius capituli recitat a lia parte cōstitutionis. Joh. xxij.

ꝓbatū. patet illud qꝺ ex eo cōcludit eē falsuz ꝛc3 q ꝗlibz haberet i reb⁹ talib⁹ simplicē vsum facti. Preꝛea patet alia rōne eē falsuz: qz vsus facti hūi nequit ab aliquo vt supi⁹ est ostēsum.

Secūda pars in qua explicat textus precedēs

Jn ista pte respondet

ipugnat⁹ ad q̄rtuz q appellās tāgit i ipugnatione supi⁹ recitata. Jnferebat eni appellans q ꝗlibz eoꝝ. ſ. credentiū hēbat vsum rerū vsu ꝓsumptibiliū absq; ꝓprietate ⁊ dñio: siue a ꝓprietate seu dñio sepatū. Ad qꝺ ille ipugnat⁹ respōdet. dicēs q illud infert appellās ex falsa suppositiōe. ſ. q res erāt cōes iter credētes tm̄ quo ad simplicem facti vsuz qꝺ (vt dicit) patet esse falsuz ex ꝓcedētib⁹: qz ostēsum est q ille res erāt cōes quo ad dñiuz seu ꝓprietate.

Tertia ps ī qua impugnat predicta duplicit

Scꝺo dicit ꝯclusionē illatā esse falsam: quia vsus facti neq̄t hūi. Sz isti ipugnatores illa q̄ hic dicunt ipugnāt duplicit. Prio qꝺ appellāti falsuz iponit cū asserit ipm dixisse res vsu ꝓsumptibiles fuisse cōes credētib⁹ tm̄ quo ad simplicē facti vsuz. qz sicut ptz intuēti de simplici facti vsu in tota illa ipugnatiōe appellātis nulla fit mētio. ⁊ iꝺo appellās nō iferebat q ꝗlibz eoꝝ habebat tm̄ simplicē facti vsuz rerū vsu ꝓsumptibiliū a dñio separatū. sed iferebat q ꝗlibz habebat vsuz rerū vsu ꝓsumptibiliū a ꝓprietate seu dñio separatū. Jntēdēs loqui de dñio speciali ⁊ de dñio cōi ciuili ⁊ mūdano: qꝺ dñiuz liberū appellat. Scꝺo impugnāt isti ꝓdicta quo ad hoc q dicit q vsus facti hūi neq̄t ab aliquo. Hoc eni multis modis conant ostēdere erroneū: sicut postea apparebit. Nūc ad lram accedat ⌊habebit vsuz⌋ Dicit appellās vsuz. ⁊ nō dicit tm̄ simplicē vsum facti ⌊absq; dñio⌋ ſcz speciali: ⁊ absq; dñio cōi ciuili ⁊ mūdano. quo pōt dñs res suas ꝓut voluerit ordiare ⌊dixerat eni supi⁹ ⁊c̄⌋ Patet clare q nūq; h dixerat ⌊⁊ ex h ꝯcludit ⁊c̄⌋ Falsuz est ꝛcōm istos. qz nec cōcludit illud qꝺ ille ipugnat⁹ dicit: nec illud ex quo dicit eū cōcludere. ⁊ ita in toto isto ꝓcessu vsq; ibi. Preꝛea. appellāti falsuz iponit ⌊vsus facti haberi neq̄t⌋ De hoc inferius disseretur.

Quarta ps notat circa litteraz.

Cap̄. VIII

Pria pars isti⁹ capli recitat consequentē pticulā text⁹ cōstitutiōis

D illud vero quod

dicit ille heretic⁹ q dicta doctrina. ſ. q in reb⁹ vsu ꝓsumptibilib⁹ vsus iuris vel facti a ꝓprietate seu dñio separ⁹ nō pōt cōstitui nec hūi: oēm religionē habētē votū abdicatiōis ꝓprietatis rerū tpaliū destruit ⁊ cōfundit. qz ꝛ3 hec ꝗlibz religiosus qñ vteret reb⁹ vsu cōsumptibilib⁹ ꝓprietari⁹ cēseret. dicim⁹ q mētit⁹ apte. Oēs eni religiōes ꝓterq; hūi fraciſci quoꝝ ꝓfessores ad viuēdū sine ꝓprio astringunt, cōfitent se hre posse ꝛm suas regulas. ⁊ hre etiā tam res vsu ꝓsumptibiles q̄ nō vsu ꝓsumptibiles quo ad ꝓprietatē ⁊ dnium in cōi. ꝛz aliq̄ p statuta supaddita regulis q̄tū ad aliq̄ imobilia suas regulas duxerint restringēdas: q̄re pfessores dicti nō pnt vti reb⁹. si vsus ꝓpe sumat: vt supi⁹ est ꝓbatū: possent tm̄ res hmōi ꝓsumere. vtpote panē comedēdo ⁊ vinū bibēdo ⁊ sic de aliis. ꝛ p actū ꝓsumēdi talia nō fūt cēsendi ꝓprietarij. Cū ipa nō vt ꝓpria ꝓsumere ꝛ vt coia fūt cēsenda. Actusq; ꝓsumedi res hmōi nequaq̄ ab ipo cōi dñio sepat. sicut si duo habētes panē cōem illū indiuisum comederēt. neuter ꝓpe h panis quē comederēt ꝓprietari⁹ fieret. nec diceret comedisse panē ꝓprium: ꝛ cōmunem.

Scꝺa ps capituli in qua explicat textus ꝓdictus.

Jn ista parte ille ipu

gnatus respondet ad quintum quod in impugnatione tangitur appellantis. q videlz doctrina istius impugnati omnem religionem habentē votū abdicatōis ꝓpietatis omnium tpaliū destruit ⁊ ꝓfundit. ⁊ diuidit in duas ptes. qz ꝓmo ad h directe rñdet. Scꝺo suā itentionē circa ꝓcedētia magis exꝓsse declarat in pte imediate sequēti ⌊Videt etiā q ꝓbabiliter⌋ Rñdet g̃ ad q̄ntū supius tactū: dicens q doctrina sua nō ꝓfundit oēz religionē. qz oēs religiones ꝓterq; hūi fraciſci fatent se hre res vsu ꝓsumptibiles ⁊ nō ꝓsumptibiles quo ad dñiuz seu ꝓprietatē in cōi. ⁊ iꝺo nō sunt cēsendi ꝓprietarij. qz act⁹ eoꝝ circa res hmōi vsu ꝓsumptibiles a cōi dñio mime sepant. Sed isti impugnatores circa illā partē sic procedūt⁹

Tertia ps capituli i qua ꝓipugnatū quadruplicit ꝓceditur

Primo.

Primo em̄ oñdūt q oēm religionē habentez votū abdicatōis ꝓpietatis oim tpaliū ille impugnat⁹ destruit ⁊ ꝓfundit.

Secundo.

Scꝺo oñdūt q spāliter destruit ⁊ ꝓfundit religionē hūi fraciſci.

Tertio

Tertio oñdūt q vsus facti respectu rerū vsu ꝓsumptibiliū pōt a dñio spāli ⁊ cōi separi

Quarto Deductio prima q ipugnat⁹ oēm religionē destruat.

Quarto ex dictis ī tentionē appellāti i hac pte declarāt. Primo g̃ oñdūt q ille ipugnat⁹ oēm talē religionē destruit ⁊ ꝓfundit. qz ex doctrina sua sequit euidēter vt dicūt q ois religiosus hz vel licite hre pōt dñiū rerū vsu ꝓsūptibiliū i spāli. qꝺ ꝓbāt sic. si vsus facti hmōi rerū vsu ꝓsūptibiliū ñ pōt ā dñio seu a ꝓprietate tā cōi q̄ spāli separi. g̃ q hz vsū fci hmōi rer⁹ et nō hz earūdē rerū dñiū cōe: hz earūdē rerū dñiū spāle. ꝛ q̄libet talis religiosus sic̄ q̄libet mōach⁹ ⁊ frat̄ ꝓdicator. ac q̄libet ali⁹ pōt hre vsū facti hmōi rerū absq; dñio cōi. sicut si aliq̄s dat vni soli ꝓdicatori. vel vni soli mōacho licentiā vtēdi aliq̄ veste vel alia re vsu ꝓsumptibili ipe licite pōt vti re tali vsu ꝓsūptibili

ꝫ nō hz i re illa dñiū cōe sibi ⁊ alijs frib⁹ suis: q; ītētio cōcedētis fuit p̄cedere licētiā vtēd i vni soli. ⁊ p ꝓsequēs nō hz in re illa dñiuz cōe et tm̄ hz vsum facti: ⁊ p illuz impugnatū vsus facti nō pōt ab oi dñio separari. ergo tūc habet dñium spāle. Ex quo sequit manifeste q̄ libet religiosus vtendo rebus v'u cōsumptibilibus pōt licite fieri p̄opetarius in speciali: quod est oēm religionē ꝓfundere et destruere. Sed forte diceret aliquis q̄ talis acq̄rit dñium cōe: nō spāle. q; mōachus q̄cq̄d acq̄rit monasterio acq̄rit. et eadez rōne q̄cq̄d frater p̄dicator vel alius religiosus acq̄rit ordini suo acquirit. Sed vt dic ūt isti impugnatores ꝫ nō cōcludit. q; cū ōr: quicq̄d monachus acq̄rit mōasterio acq̄rit. nō debz vniuersaliter intelligi de oi re q̄ acq̄rit alicui monacho quo ad licitā ptātem vtēdi. Si em̄ aliquis accōmodat vni monacho equū suuz ad eq̄tandū. nō p̄opt ꝫ aliq̄s ali⁹ de monasterio habet ptātem equitādi equū. Sic̄ si aliquis inuitat monachū ad comedendū nō propter ꝫ intelligit alios monachos inuitare. Illud ergo quicq̄d mōachus acq̄rit monasterio acquirit. debet intelligi de illis q̄ monach⁹ acq̄rit quo ad dñium: q̄le est possibile monacho cōuenire q̄n. s. ille a quo acq̄rit rē dñiū eiusdē rei a se intendit transferre. De illis aut̄ que monachus acq̄rit quo ad licitā ptātem vtēdi tm̄modo: nō hz vniuersalit veritatē. Et causa dr̄ie est. q; monachus nō pōt hr̄e cuiuscūq; rei dñium spāle q̄lecūq;: sed pōt hr̄e licitā potestatē vtēdi aliq̄ re vsu ꝓsumptibili ⁊ nō cōsumptibili spālē. Scdo ostēdit q̄ ille ipugnatus spālit destruit ⁊ ꝓfundit religionem bti frācisci: q; ꝫm ipm ꝫ religio bti francisci caret oi dñio seu p̄opetate spāli ⁊ cōi: ꝫ vsus facti ꝫm eundē in reb⁹ vsu ꝓsumptibilib⁹ nō pōt ab oi dñio spāli ⁊ cōi separi. ergo religio bti frācisci debet oi vsu facti in reb⁹ vsu cōsūptibilibus carere: sed talis religio q̄ aliquē obligaret ad carendū oi vsu facti in hmōi reb⁹ est illicita: q; inobseruabilis. ergo religio bti frācisci est illicita reputāda ⁊ ita religionē illaz destruit ⁊ ꝓfundit. Tertio ostēdit q̄ vsus facti in hmōi reb⁹ vsu ꝓsūptibilib⁹ pōt ab oi spāli dñio ⁊ etiaz cōi separi. ⁊ ꝫ q̄dē ex dictis isti⁹ ipugnati inferē apte. Nā ꝫm eū ffres miores nō hnt dñium rerū quarūcūq; nec in spāli nec in cōi: ⁊ tm̄ habent vsū hmōi rerū. igit ⁊c.

Quarto isti ipugnatores ex p̄dict̄ intētōnē appellātis in hac pte declarāt dicētes: q; appellās intētionē isti⁹ ipugnati ex diuersis dictis ⁊ rōnib⁹ eiusdē ꝓcepit. Ex rōnib⁹ aūt eiusdē sequit euidēter q; vsus facti in reb⁹ vsu ꝓsūptibilib⁹ nō pōt a p̄opetate seu dñio spāli aliq̄liter separari. ⁊ vt ꝫ pateat est vna rō ipi⁹ breuit ptractāda. Ille em̄ ipugnat⁹ iō ponit vsuz facti nō posse a p̄opetate seu dñio i reb⁹ v'su cōsumptibilib⁹ separi. q; p vsum facti substantia rei ꝓsumptibilis vsu ꝓsumit̄. ⁊ p ꝓsequēs vsus facti nō pōt in hmōi reb⁹ a p̄opetate seu dñio separi. sed ex illa rōne sequit̄ q; vsus facti i huiusmōi reb⁹ nō pōt a p̄opetate seu dñio spāli separi. q; si iō nō pōt in hmōi reb⁹ vsus facti a p̄opetate seu dñio separi. q; p talē vsuz facti substātia rerū nō ꝓsumit̄: ⁊ dñiuz p̄cip alissime cōsumit̄ p vsuz facti. q; dñiuz cōe nō ita directe ꝓsumit̄ p vsum facti alicui⁹ sicut dñium spāle. g̃ p illā rōnez vsus facti in hmōi reb⁹ nō pōt separi a dñio spāli. Appellās g̃ volēs illū ipugnare ad mentē magis q̄ ad ꝟba p̄bauit q; vsus facti pōt in hmōi reb⁹ separi a dñio spāli: ⁊ q̄ q̄ ponit (sicut ille) q; vsus facti nō pōt in hmōi reb⁹ a spāli dñio separi: oēm religionē habentē votū abdicatiōis p̄prietatis oim tēporaliū destruit ⁊ ꝓfundit. q; si vsus facti non pōt i hmōi reb⁹ separi a dñio spāli. oēs religiosi cōedēdo: bibēdo: sunt p̄opetarij reputādi.

Sed forte dicet aliq̄s q; ille ipugnat⁹ cōcedit q; vsus facti in hmōi reb⁹ pōt a dñio spāli separi. Dicit em̄ q; aliq̄s pōt comedere panez ñvt p̄prīū: ꝫ vt cōem. Ad ꝫ dicūt isti ipugnatores q; in hoc sibijpi cōtradicit. q; ex alijs dictis ei⁹ sequit̄ q; vsus facti i hmōi reb⁹ nō pōt separi a dñio spāli. Und⁹ ⁊ ꝓpt hoc sicut patebit inferi⁹ dicit q; votū viuendi sine p̄prio ad res hmōi mīme se extēdit. Ex quo patet q; religiosi ꝫm ipm habēt dñium spāle i hmōi reb⁹ q̄ nō ꝓpt aliud ponere potest. nisi q; ꝫm ipm vsus facti nō pōt in hmōi rebus separi a dñio spāli. Ad ꝫ aliter isti ipugnatores declarāt intētionē appellātis dicētes q; ille ipugnat⁹ cū loquit̄ de dñio q̄ bēāt p̄mi credētes in rebus vsu cōsumptibilib⁹: ⁊ a quo dicit vsuz facti in reb⁹ hmōi separi nō posse: est dñiuz liberū ciuile ⁊ mundanū. tale aūt dñiuz est quodāmodo dñiuz spāle. ⁊ ita ille ipugnatus habet dicere q; vsus facti in hmōi reb⁹ nō pōt separi a dñio spāli. ⁊ ex ꝫ sequit̄ manifeste q; opinio ei⁹ oēm religionē habentē votū abdicatiōis p̄prietatis destruit ⁊ ꝓfundit. Post hec est ad lr̄az accedendū [p̄terq̄ bti frācisci] Dic apte ꝓcedit q; religio bti francisci caret oi p̄prietate ⁊ dñio cōi ⁊ spāli. ⁊ ita vel illa religio est iobseruabilis ⁊ illicita. vel vsus facti pōt ab oi dñio spāli ⁊ cōi in rebus vsu ꝓsumptibilibus separi [quo ad p̄prietatē ⁊ dñiuz in cōi] hoc de dñio libero q̄ est ptās de reb⁹ libere ordināti nō habet. veritatē de alio dñio de quo dictū est ꝓpus

Corrolarium

Instantia de monachis

Responsio

Deductio secūdi pūcti tertie partis huius capituli

Deductio tertij puncti

Deductio quarti

Euasio

Repulsa

Quarta pars capituli i qua accedit ad lr̄am

potest cōcedi. dici tm̄ possunt vti reb⁹ consumptibilibus vsu. si vsus ꝓprie sumat. hoc dicūt isti ipugnatores oi ꝟitate carere. qz sicut ꝓpa locutio est cū dicim⁹ aliquos vti hmōi reb⁹ cō sumptibilib⁹ vsu. talis enī modus loquēdi vsitat⁹ fuit in theologia. ⁊ in alijs sciētijs: ac etiā in vulgari locutiōe āteqū sciētie legales eēnt i uente. Et ita ꝓpt modū loquēdi sciarum legaliū posteriorē nō debz ꝓpz mod⁹ loquēdi ꝛ propri⁹ reputari. Cūm vti ꝓprie sumptū est cōe ad actū cōsumēdi ⁊ ad multos alios act⁹ q̄ nō sunt act⁹ ꝛsumēdi. Pōt tm̄ dici q̄ vsus iuris q̄ est vna significatio spālis hui⁹ nois vsus: nō pōt ꝓprie in reb⁹ q̄ actu vnico ꝛsumūtur aliq̄liter repiri. sed de tali vsu nō intēdit appellās vn̄ q̄tum ad intentionē appellātis ita sufficit sibi q̄ act⁹ ꝛsumēdi res ꝛsumptibiles vsu pōt ab oi ꝓprietate ⁊ dn̄io spāli ⁊ cōi separi: sicut vsus facti pōt talit̄ seperari. ⁊ ita dicūt isti ipugnatores q̄ ille ipugnat⁹ mentē appellātis nō tāgit in aliquo. ꝟ ꝟba ei⁹ p quasdā nouas ipositiōes vocū calūniari molit̄ [cuz ipa nō vt ꝓpria ꝛsumere: ꝟ vt cōia sunt cēsenda] hoc ꝟz illuz nō habet ꝟitatē de fratrib⁹ miozib⁹. ergo fratres miozes ꝛsumūt res: neq̄ vt ꝓpas neq̄ vt cōes. ergo act⁹ ꝛsumēdi hmōi res pōt ab oi dn̄io spāli ⁊ cōi separi: q̄ est p̄cipalis ꝛclusio appellātis in hac pte. [Actusq̄ ꝛsumendi res nequaq̄ a cōi dn̄io sepat̄] Illud p̄ pōt hīe veruz sensuz de alijs religiosis a fratrib⁹ minoz: b⁹ sicut ex p̄dictis apparet: ⁊ tm̄ si itelligerēt de oi bus religiosis esset omnino falsum.

Nota bñ q̄ ꝓpt modū loquēdi iuristarū nō est reputād⁹ ipropriꝰ mod⁹ loquēdi scientiarū ꝓpz

Nota cōclusionē p̄ncipalē appellantis

Cap. IX. Pria pars istius capli recitat aliā ptez text⁹ tractatus cōstitutionis dicte

Ydetur etiā q̄

ꝓbabiliť possit dici q̄ post distributionē bonoꝝ vsu cōsumptibiliū q̄ fiebat iť aplos ⁊ credētes alios: vt dicit act. ij. ⁊. iiij. q̄libz portōis sibi assignate ꝓprietari⁹ ⁊ dn̄s posset dici. Et hoc scriptura p̄dicta actuū. iiij. videť expresse suppenere cū dicit: nec etiā q̄sq̄ erat egēs inť ipos: ⁊ q̄re boc. reddit rōnē subiūgēs. Quotquot enī possessores agroꝝ ⁊ domoꝝ erāt vendētes afferebāt p̄cia coꝝ q̄ vendebātur ⁊ ponebāt ātē pedes aplorꝝ. Diuidebāt aūt singul⁹ put cuiq̄ op⁹ erat. Cū ergo dicat q̄ null⁹ egēs erat p̄o eo q̄ vnicuiq̄ diuidebať put op⁹ erat supponit apte q̄ illud q̄d vnicuiq̄ dabať diuisiz: cuilibz erat ꝓprium. Diuidere enī est diuisiz aliq̄b⁹ diuersas ptes rei alicui⁹ dare. Cū igr dareť ab istis q̄ dare poterāt. s. aplis: ⁊ illis q̄ recipe poterāt ea q̄ ad vite būane sustentationez ptinebāt. videť q̄ dn̄s q̄libz fuerit ei⁹ portiōis q̄ sibi fuerat assignata. Als non videret verū q̄d dz q egētes nō essent: nisi pl⁹ post diuisionē bŕent i assigta sibi portōe q̄ añ. Pria ꝛstat q̄ vestimēta quotidiana inť res vsu cōsumptibles ꝛputanť. p⁹ cōionē aūt p̄dictā de q̄ fit mētio i pallegato ca. acť. iiij. in actib⁹ legiť q̄ āgel⁹ petro dixit. p̄cigēť calcia te caligas tuas. Itē dixit ei. circūda tibi vestimēta tuū ⁊c. vbi clare suppōit āgel⁹ q̄ caligeť vestimēta assignata petro ꝓpe quoad dn̄iū erāt petri: q̄re videť q̄ pecūia: pāis: vinū ⁊ res alie vsu ꝛsumptibiles sibi diuisim ꝓpter vite sustētatōe assigte. silr ei⁹ esset. Nec votū viuēdi sine ꝓpo videť q̄ se extēdat ad talia q̄b⁹ necessario egetvita hūana. Preterea ex illo capitulo acť. iiij. ꝓbari non pōt q̄n credēret de bōis istis cōib⁹ ex diuisiōe aplorꝝ licite recipe potuerit: ⁊ vt ꝓpriū obtinere. Scriptura eīm p̄dicta q̄tū ad ꝟ nihil aliud adducit. nisi qđ seq̄ť. Illi ultrītudis credētiuz erat coꝛvnū ⁊ aia vna. nec q̄sq̄ eoꝝ q̄ possidebat aliq̄d suū eē dicebat: ꝟ erāt illis oia cōia. Per ꝟba aūt illa videnť isti oiz q̄ possidebāt a se dn̄iū abdicasse: ⁊ illd trāstulisse i cōitatez Nō aūt videť se astrixisse q̄n si deť eis qđ bōis ill⁹ cōib⁹ quo ad sustētationē vite sue possint licite recipe: ⁊ vt ꝓpa retinere: imo ꝟ scriptura p̄dicta sacra supponit apte cū dic. diuidebať aūt cuiq̄ put op⁹ erat. Diuidere aūt ē sic p̄dictū ē alteri⁹ rei diuisas ptes aliquibus dare.

Secūda ps capituli in q̄ explicať rectus supius recitatus ⁊ formať quatuoꝛ rōnes.

Jn parte ista intētio

nē suā circa p̄cedētia spāliť q̄tū ad diuisionez bonoꝝ q̄ erat facta inť aplos ⁊ alios credēres exp̄ssi⁹ māifestat. dicēs p̄mo q̄ q̄libz aplorꝝ et alioꝝ credētiū p⁹ distributōez illā de q̄ fit mētio. acť. ij. ⁊. iiij. dn̄s fuit ⁊ ꝓpetari⁹ portōis sibi assigte. Scōo ibi [Et ꝟ scriptura] ꝓbat p luri⁹ rōib⁹ q̄ q̄libet illoꝝ erat ꝓpetari⁹ portōis sibi assigte. Rō aūt p̄ma pōt sic formari. Ille q̄n ē egēs. p eo q̄ sibi dať illd qđ sibi op⁹ ē. ē ꝓpetari⁹ ⁊ dn̄s illi⁹ qđ sibi dať. ꝟ inť aplos et credētes alios null⁹ erat egēs p eo q̄ vnicuiq̄ dabať put op⁹ erat. sicut acť. iiij. ꝟ. ꝟ vnusq̄sq̄ eoꝝ fuit ꝓpetari⁹ ⁊ dn̄s portōis sibi assigte Scōa rō pōt sic formari. q̄n aliq̄d inť aliquos diuidiť. vnusq̄sq̄ ē ꝓpetari⁹ ⁊ dn̄s portōis sibi assigte: q̄ diuidere ē diuisim aliq̄s ptes diuersas diuersis dare. Illd aūt qđ alicui datur fit ei ꝓpriū. ꝟ illa cōia diuidebanť inť aplos ⁊ alios credētes. igiť q̄libet coꝝ p⁹ diuisionem fuit ꝓpetari⁹ ⁊ dn̄s portōis sibi assigte. Tertia rō pōt silr formari. Illud q̄ dať ab illo q̄ pōt dare: ⁊ dať illi q̄ pōt recipe fit ꝓpriū illius cui dať. ꝟ necessaria ad vite sustentationē dabanť ab istis q̄ poterāt dare. s. ab aplis ⁊ dabanť illi q̄ poterāt recipe: q̄ q̄libet coꝝ fuerat ꝓpetari⁹ ⁊ dn̄s portōis sibi assigte. Quarta rō

Prima ratio

Secūda ratio

Tertia ratio

Quarta ratio

potest sic formari. Ille q̄ añ diuisionē bz rē alī quā in cōi ⁊ q̄ p diuisionē illi rei bz in portōe sibi assignata plusq̄ bēbat añ diuisionē bz in portōe sibi assignata ꝓpetatē ⁊ dñium i spāli ß credētes p diuisionē cōiū bēbāt plus i portionib suis q̄ añ: qz alīt nō fuisset verū q̄ non erāt egēres. g̃ q̄libet eoz fuit ꝓpetari ⁊ dñs portōis sibi assignate. Tertio ꝑncipaliter ibi [Preterea ꝓstat] ꝓbat spāl de bto petroz et eadē rōne de alijs aplis q̄ erat ꝓprietarius et dñs portōis sibi assignate. ⁊ ß ꝓbat duab auctoritatib vt pz in lra. Ex q̄bus infert q̄ eadē rōne petr erat ꝓprietari ⁊ dñs pecunie pāis et vini. ⁊ cuiuslibet alteri rei q̄ sibi p diuisionē extitit assignata. Quarto ibi [Nec votum viuēdi ⁊c] Quidā tacite obiectioni rñdet. posset em̃ aliq̄s dicere q̄ p rōnes ꝑdictas q̄libet religiosus p diuisionē panis ⁊ vini ⁊ hmōi rerum vsu ꝙsumptibiliū q̄libet eoz ē ꝓpetari ⁊ dñs portōis sibi assignate. Ad ß rñdet dicēs q̄ votū viuēdi sine ꝓpo nō se extēdit ad illa q̄ bus necessario eget vita būana. ex ß insinuās eē ꝓcedendū q̄ q̄libet religiosus post diuisionē factā int eos ē ꝓpetari ⁊ dñs portōis sibi assigte. Quito ibi [Preterea ex illo capitulo] oñdit q̄ p libz actuū apl̄oz ꝓbari nō pōt q̄n credētes poterāt de bonis cōib recipe ⁊ vt p ꝑsū retiere. ⁊ qz nō aliud ꝺz nisi q̄ multitudinis credētiū erat coz vnū ⁊c. p q̄ ꝛba lz possit oñdi. q̄ ꝑmo oia bona sua cōitati dederūt. tñ ꝓbari nō pōt q̄ nō poterāt postea ꝺ ill aliq̄d ꝓsū recipe ⁊ tenere. immo pōt oñdi q̄ poterāt: qz scriptura testat q̄ illa diuidebant. Dividere aūt ē alicui r ei diuisas ptes aliq̄b da re. qꝺ aūt dat fit ꝓprīū ei cui dat. g̃ q̄libet eoz habuit ꝓprīū. Sz ipugnatores dicūt ꝛbis ꝑmissis plures ꝓtineri errores. Quoꝝ ꝑm ē q̄ q̄libz aplōz erat ꝓpetari ⁊ dñs portōis sibi assignate. Scōs ē q̄ q̄libz ali ꝺ numero credētiū erat ꝓpetari ⁊ dñs portiōis sibi assigte. Tertiū ē q̄ votū viuēdi sine ꝓpo nō extēdit se ad ea q̄b nccio eget vita būana. Alios plures errores min principales ꝺ q̄b i rñsione ad rōnes illi ipugnati circa lras apparebit: i ꝑdict ꝛbis asserit ꝓtineri. Dicūt aūt isti ipugnatores q̄ qz ille ipugnat i hac pte ñ vadit ad ꝛba. ß ad mētē suā de aplis ⁊ religiosis q̄si totū venenū suū effūdēs explicat manifeste. iō circa ꝑmissa diligēti volūt insistere. dicūt itaq̄ q̄ ꝓmus error sapit bereſiz manifestā. Ad cui euidētiā dicūt ꝓmo ē notādū q̄ i illo erroꝛe. s. q̄ q̄libz aplis bēbat dñiū rerū in speciali: religiosis oibus aduersatur: licz eniz fuerint quidā fratres ꝑdicatores ⁊ nōnulli de q̄busdaz alijs ordinib qui dixerūt apostolos habuisse dñium ⁊ ꝓpꝛietatē aliquarū rerū in cōi. oēs tñ vsque ad tpa ist ipugnati dixerūt q̄ aplī nulli rei tpalis dñiuz vel ꝓpꝛietatē habuerūt in spāli: ⁊ in ß dixerūt se vitā aplicam imitari babēdo. s. aliq̄ in cōi q̄tuz ad aliq̄le dominiū vel ꝓpꝛietatē: ⁊ nihil babēdo penit in spāli quo ad dñiuz seu ꝓpꝛietatē. iste aūt oīb ꝛtradicit asserēs q̄ habuerūt ꝓpetatē ⁊ dñiū in spāli. Sz q̄ hoc sit erroneū isti ipugnatores multis modis ostēdere moliūtur. Et quia quodāmodo exp̄ssius determiatio ecclie ⁊ doctrina sctoꝝ isti erroꝛi cōtradicūt ⁊ obuiant.

Jdeo a determinatione ⁊ auctoꝛitatib sctoꝝ incipiūt in scriptura diuina postmodū se fundātes: q̄ eni ꝑdicta assertio: determiatiōi ecclie obuiet ⁊ repugnet ostendūt. Ait enim Nicola papa in decretali Exiit p vniuersalez eccliaz bacten approbata. dicim q̄ abdicatō ꝓpꝛietat hmōi rerū tā in spāli q̄ etiā in cōi ꝓpter deū meritoꝛia est ⁊ sctā: quā ⁊ xp̄us viā p fectiōis ostēdens: ꝗbo docuit: ⁊ exēplo firmauit: quāq̄ ꝑmi fūdatores militātis ecclie: put ab ipo fonte bauserāt i volentes pfecte viuere per doctrine ac vite ipoꝛ alueos deriuarunt.

Dijs exp̄ssius dici nō posset q̄ aplī ꝓpꝛietatē oim rerū tpaliū abdicarūt: ⁊ ita nulli ꝓpetate habuerūt in spāli. Sz dicit ille ipugnatus q̄ illa decretalis Exiit nō fuit p vniuersalez eccliaz approbata. hoc aūt vt dicūt isti impugnatores istū impugnatū nequaq̄ excusat. Tū qz illa decretalis exiit: ex quo nulli catholicus sibi multē tpib ꝺixit p taciturnitatē fuit ab oīb approbata: qz sicut error: cui nō resistit approbat. di. lxxxiij. c. Erroꝛ ita ꝗtas catholica: cui nō resistit ꝺz pro approbata cēseri. tū qz esto q̄ nō fuit ab vniuersali ecclia approbata tñ ex ß q̄ ille ipugnat assertionē dicte decretalis ipugnat: assertionē ꝓriaz esse catholicaz diffinitiue ⁊ soleniter approbādo. Dicūt isti ipugnatores q̄ siue vna assertio fuerit hereticа: siue alia se demōstratiue ꝓbare: q̄ ille ipugnat mō nō est papa. Est aūt eoz rō talis aut assertio Nicolai ꝛcij q̄ aplī ois rei tpalis ꝓpetatē abdicauerūt est heretica. Aut assertio cōtraria isti ipugnati: q̄ aplī habuerūt ꝓpꝛietatez: etiā in spāli est heretica. Hāc opz necessario illū ipugnatū concedere. qz ꝑm ipm altera istarū: imo sua assertio in scriptura sacra ē fūdata. Si assertio ꝑdicta isti ipugnati est heretica cū sit eiusdē ptinaꝛ defensatoꝛ. qꝺ ꝓbat ex sua determiatiōe solēni ⁊ vltiata: ⁊ ex sentētijs ⁊ penis q̄s negātib ⁊ resistētib in sua cōstitutōe inflīgit. ex ꝓsecutiōe quā appellātib ⁊ defensoꝛib assertiōis ꝓrie inferre non cessat ex coactiōe q̄ alios ad assertionē suā irrenoca

Tertius ꝑs capitu li in q̄ accedit ad ipugnationē ꝓpe missoꝝ eliciēdo ex eis tres erroꝛes.

Improbatio ꝓmi erroris.

Cōtra primū erroꝛē ꝓcedit. ꝓmo ex determinatōe ecclie.

Nota

Nota modus approbatiōis p taciturnitatē

Nota deductōes subtilem.

temporali: quia omne tale regnū dissipabitur sed debēt intelligi de regno spirituali: hoc est de eccl'ia christi que nunq̄ dissipabitur: sed in fine mundi omnibus exclusis pestiferis perficietur: confirmabitur: corroborabitur: ⁊ stabilietur. ⁊ Ecce rex tuus veniet iustus ⁊c. ⁊ Hic loquitur prophetа Zacharias de rege spirituaㇾiter: q̄ ostendit cū subdit Ipse pauper ⁊c. Per q̄ claret aperte q̄ nō erat rex in temporalibus: quoniā sine diuitijs regnū temporale bene regi non potest. ⁊ Ego autē constitutus sum rex ab eo ⁊ Hoc dicit Dauid in ꝑsona christi spiritualiter loquēs de rege: q̄ bene ostendit declarans modū regendi: cū subdit Predicans preceptū eius. predicando ergo ⁊ docēdo: ac sacramenta instituendo non temporaliter christus regnauit: ⁊ ita spiritualiter fuit rex: nō i tēporalibus ⁊ Totus ille psalm⁹ Eructauit. loquitur de rege illo ⁊ cōstat q̄ ille psalmus non potest ad litteram de christo inquātū fuit homo intelligi: cū em̄ dicitur Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Intende prospere procede ⁊ regna. Sagitte tue acute. populi sub te cadent. sedes tua i seculum seculi. vnxit te deus deus tuus. Mirra ⁊ gutta ⁊ casia a vestimentis tuis a domibus eburneis a quibus delectauerūt te filie reguz in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato. Pro patribus tuis nati sūt tibi filij: constitues eos principes super omnē terrā ⁊c. Non potest exponi ad litteram vt de gladio materiali: prosperitate temporali: modo regnādi temporali: sagittis materialibus sede materiali: vnctiōe corporali: vestimētis corporalibus: filiabus regū carnalibus: regina carnali: filijs q̄ carnalibus: ⁊ principibus temporalibus debeant predicta verba intelligi. Et per consequens psalmus ille de rege tēporali non loquitur. Et cū de spōsa eius ecclesia psalmus ille loquat: non loquitur de sponsa xp̄i carnali: sed spirituali. ergo similiter loq̄tur de rege nō temporali ꝫ spirituali. Itē glosa dicit ecclīam esse sponsam de qua loquitur psalmus predict⁹: sed illa sponsa est regina: ꝫ non est regina temporaliter: ergo spūaliter tā tū est regina. ergo ⁊ rex de quo loquitur nō tēporaliter: sed spūaliter est rex cēsendus ⁊ alij multi psalmi loquūt de rege huiusmodi ⁊ sicut alij psalmi loquunt de rege xp̄o: ita loquuntur de eius regimine ipm regnare dicentes: ꝫ alij psalmi non loquūtur de regimine xp̄i temporali: sed spūali: nec dicunt ipm regnare temporaliter. igitur per alios psalmos concludi nō potest q̄ xp̄s rex fuerit tēporalis. Hoc em̄ posset ostendi discurrendo per psalmos de xp̄o rege

Solutio quarte auctoritatis.

loquentes:sed ipe concedit q̄ christus non regnauit temporaliter:nisi in valde paucis: de quo inferius disseretur. Ideo ad presens de h̄ nō dicetur. [Videte regez salomonē ⁊c̄.] Illa verba intellecta de christo spiritualiter de rege debēt intelligi quēadmodū verba q̄ sequūtur:cum dicitur in dyademate quo coronauit eū mater sua in die desponsatōis illius ⁊ i die leticie cordis eius. Nō debēt intelligi de dyademate materiali:neq̄ coronatiōe materiali: neq̄ de desponsatōe carnali:neq̄ de mūdana leticia. [Dabit ei dn̄s deus sedem dauid p̄tis eius ⁊ regnabit ⁊c̄.] Ista verba sic nō intelliguntur de sede materiali:quia christus nunq̄ in sede materiali Dauid sedit:ita nō debēt intelligi de regno temporali nec de modo regēdi tēporaliter. Unde dicūt isti q̄ ex intellectu istius impugnati circa verba predicta sequit q̄ regnū temporale sit in perpetuū duraturū: cū ibidem dicatur expresse:regnabit in domo iacob in eternū:⁊ regni eius nō erit finis. Si ergo regnum christi fuit temporale:⁊ regni eius nō erit finis.ergo aliq̄ō regnū temporale nō habebit finē:⁊ per cōsequēs nunq̄ erit generalis resurrectio mortuor:qō quia falsū est verba predicta debēt intelligi de regno spūali:qō est ecclesia que nunq̄ habebit finē: sed i die iudicij coronabitur:⁊ imperpetuū feliciter permanebit. [Natus est nobis saluator:q̄ est christus dn̄s.i.rex ⁊ dominus] cōceditur hoc de rege spiritualiter intellecto: ⁊ de dn̄o p̄p̄ prerogatiuas maximas:nō propter dominiū temporale [Ubi est qui natus est rex iudeor] licet illi tres magi qui nō plene instructi explicite de modo regnādi christi:intellexissent de rege temporali:tamē verba ista de rege spirituali ꝑm rei veritatem debent intelligi. [Tu es filius dei:tu es rex israel] Prima particula intelligitur de xp̄o ꝑm deitatem:⁊ sc̄da etiam potest intelligi de xp̄o ꝑm deitatē q̄ nihilominus potest de ipo intelligi ꝑm humanitatē sed tūc loquitur de rege spualiter nō temporaliter intellecto [Jesus nazarenus rex iudeor] Sicut illa verba ꝑm veritatē nō debēt intelligi de his q̄ erant iudei carnaliter:sed spūaliter ꝑm glosam:ita debēt intelligi de rege spūali non temporali [Hoc etiam saluator noster cōfessus fuit. Job.xviij.] Dicunt isti q̄ saluator nō absolute cōfessus est se regem:sed cū q̄dam modificatōe.s.nō illo modo quo intellexerunt iudei:sed aliter. Ideo dixit xp̄s respondens pylato. Tu dicis quia rex sum ego: Ego in hoc natus sum ⁊ ad hoc veni in mūdū vt testimoniū perhibeā veritati. Ubi declarauit se regem esse:aliter q̄ intellexerunt accusantes,

Solutio.vi.auct.

Solutio.vij.auc.

Solutio.viij.au.

Solutio.ix.auct.

Solutio.x.auct.

Solutio.xi.auct.

Solutio.xij.auc.

hoc,ꝑbant isti auctoritate beati Augustini:q̄ predictaz sententiā apte videt asserere sup illud. Tu dicis q: rex sum ego. Dicēs in hec verba. Nō q: regē se timuit ꝓfiteri:sed ita libratū est vt neq̄ se regē neget:neq̄ regē talē se fateatur:cui? regnū putet esse de hoc mūdo. [Regnū meū nō est de hoc mūdo.] Hoc modo ꝑm istos dicūt verba illa intelligi sicut verba xp̄i Job.xv.cū dixit apl̄is. De mūdo ñ estis: ꝑ ego elegi vos de mūdo. Et ca.xvij. de eis dicit. De mūdo nō sunt. Que verba nō debent intelligi q̄ apl̄i nō fuissent ab hoibus huius mūdi,pgeniti.sed sicut apl̄i dicunt nō esse de mundo:q: nō sunt mūdani cōuersantes mūdane: ita regnuz xp̄i nō erat de hoc mūdo:hoc est nō erat mundanū mūdane regendū. Ex quo pylatus concludēs dixit. [Igit rex es tu.] Dicūt isti q̄ pylatus nō concluſit ex illo regnū meū nō est de hoc mūdo:sicut infra patebit. [Jhūs vero respōdit regnū meū nō est hinc.] Dicūt isti q̄ hic falso recitat verba euāgeliste. Jhūs eni ꝓpter predictā questionem pylati: g̃ rex es tu. nō respondit Regnū meū nō est hinc. Sed respōdit tu dicis:q: rex sum ego. Ego in hoc natus sum ⁊c̄. Unde vt sciat q̄ ille false recitat verba euāgeliste ponat series text?:q̄ talis est quid feciſti. Respōdit ibs. Regnū meū nō est de hoc mundo:q: si ex hoc mundo esset regnū meuz ministri mei vtiq̄ decertarēt:vt nō traderer iudeis. nūc aut regnuz meū nō est hinc Dixit itaq̄ ei pylat? g̃ rex es tu. Respōdit ibs Tu dicis:quia rex sum ego. Ego natus sum in hoc ⁊c̄. Patet ergo q̄ ex verbis his Regnuz meuz nō est hinc cōcluſit pylatus. g̃ rex es tu. Et ideo ex hijs verbis regnū meuz non est de hoc mūdo:regnū meū nō est hinc: nō fuit plene satisfactū pylato de accusatione iudeor di centiū xp̄m feciſſe se regē in iniuriā cesaris. Dicēte augustino vt ꝓius dictū est. Tu dicis ac si diceret carnalis carnalit dicis:ꝓpter qō postq̄ pylatus cōcluſit dicēs. Ergo rex es tu Carnaliter intelligēs xp̄us pleni? informauit pylatum quomō erat rex:nō in iniuriā cesaris dicēs,tu dicis carnaliter intelligens:quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum ⁊c̄. quasi dicere t veruz est:quia rex sum. sed nō carnaliter:sicut tu carnaliter intelligis:quia nō sum rex tēporaliter i iniuriā cesaris: sicut false imponūt mihi iudei: sed rex sum spiritualiter: quia ego rn hoc natus sum ⁊ ad hoc veni in munduz vt testimoniū perhibeaz veritati. Quasi diceret nō veni vt regnarē tēporaliter:sed veni vt testimoniuz perhiberē veritati:docēs homines ꝓuerti ad veritatē:ꝓpter quā responsionē xp̄i pylatus interrogans quid est veritas.⁊ respō

sionē xpi non expectās exijt ad iudeos: ⁊ dixit eis. ego nullā in eo inuenio causam: quasi dicere ipm interogās: ⁊ diligenter examinās negat se esse regē tēporalē in iniuriā cesaris: ꝫ dicit aliter se esse regez: nec vos ꝓbare potestis q regē se fecerit tēporalē in iniuriā cesaris: iō dico vobis q nullā in eo inuenio causaz. ⁊ Regnū meū nō est hinc. ⁊ Hoc est regnuz meū nō ptinet ad mūdanos. ⁊ Nō dixit nō est hic ⁊ Veruz est: qz regnū suū fuit hic corporaliter: sed mēte fuit in celo. Quasi diceret regnū meū a mūdo nō habeo sicut nec habebat: imo a ꝺo. Iste videt fuisse intellectus pylati: quē habuit de verbis ꝓdictis Regnū meū nō est de hoc mūdo regnū meuz nō est hinc. Et ideo adhuc dubitauit an xpus fecisset se regē in iniuriā cesaris: quia si xpus fecisset se regē tpalē: q̄uis dixisset se regnū habuisse a deo. Pylatus nō minus imo forte magis reputasset xpm iniuriatū fuisse cesari: q̄ si dixisset se habuisse regnū tpale a mūdo: ⁊ ideo volēs amplius informari de intētione xpi: itulit. g̃ rex es tu. q̄st diceret quid ad me: a quo dicas te habuisse regnuz. Dic mihi an reputes te habere regnū tpale in p̄iudiciū cesaris: siue a deo: siue ab alio: qz si cōfessus fueris te regē tpaliter ⁊ te habere regnū tpale siue a deo: siue a quocūq; alio ex quo nō habes regnū a cesare: te tanq̄ inimicū cesaris condēnabo: ꝓpter qō xpus amplius declarās quomō erat rex dicit. Ego in hoc natus sum ⁊c. Et ex tunc pylatus ꝓdicto modo verba p̄missa minime intellexit. Intellect⁹ ergo qē ille fingit de verbis xpi: nō est intellect⁹ verboū xpi: vt isti dicūt: sed ille qui dictus est p̄ius. ⁊ Sicut angel⁹ est genitrici ⁊c. ⁊ Hic etiā vt isti dicunt male intellexit verba āgeli ad genitricem xpi vt declaratū est p̄ius. ⁊ Dominū euz ⁊ xpm fecit deus hūc ibm. ⁊ Dominū euz vocat petrus ꝓpter ꝓrogatiuā vnionis sanctitatis ⁊ auctoritatis spiritualis: ac aliarū gratiarū. Xpm vero vocat ꝓpter vnctionē spiritualē nō corporalē. ⁊ Meū regnū suū a mūdo nō habuerit: sed a deo ⁊ Hoc veruz est de regno spirituali nō tpali. ibm fecit dñs xpm. i. regē: de rege spirituali ter nō temporaliter intellecto concedi potest ⁊ Per xpm enī regē intelligim⁹. ⁊ Per xpm in scriptura nō solum intelligimus regē tēporalem: sed etiā regē spiritualiter ⁊ etiā sacerdotes. Vnde cum dicit ꝓpheta in persona dei. Nolite tāgere xpos meos. Per xpos ibi nō intelligunt solūmodo reges tēporales: sed etiaz alij sancti dei ⁊ Quia reges iungi cōsueuerūt ⁊ Verū est q iungi consueuerūt corporaliter reges tēporales: ⁊ ideo cum xpus nō fuerit iunctus in regē corporaliter: non potest concludi ex hoc qō dicit vnctus q̄ rex fuerit tpalis: sacerdotes etiā ⁊ ꝓphete ꝓsueuerūt inungi. De vnctione sacerdotū habet i multis locis scripture diuine. De vnctione vero ꝓphetarū habetur. iij. regū. xix. vbi dixit deus ad helyā. Heliseū aūt filiū saphat q̄ ē de abelmeula vnges ꝓphetā ꝓ te. Ex hoc ergo qō reges consueuerunt inungi ⁊ iesus fuit inunctus nō pōt concludi q̄ rex fuerit tpaliter. ⁊ Regnū xpi nō terrenū: sed celeste oñdit esse ⁊ Hic rabanus vocat regnū celeste credentes in xpm: credentes celestia. ⁊ Itē cōcludit petrus ex verbis p̄dict⁹ q̄ xps inquātū homo subsistēs in diuio supposito fuerit dñs ⁊ rex fact⁹ ⁊ Hoc cōcedi pōt intelligendo eū dñm ꝓpter p̄erogatiuā gratiarū: ⁊ regē spualiter nō tpaliter ⁊ cū rex ⁊ dominus fuerit factus inquātū crucifixus ⁊ Hic ille est sibijpi cōtrarius: quia ipe dicet postea q̄ xps habuit regnū ⁊ vniuersale dñium ab instāti sue cōceptōis. hic aūt dicit q̄ fuit factus rex ⁊ dñs inquātū crucifixus: q̄ duo repugnāt apte. nā si factus fuit rex ⁊ dñs inquātū crucifix⁹ ergo anteq̄ esset crucifixus nō fuit rex ⁊ dñs. Sicut sequit. Christus fuit factus homo iquātū incarnatus: ergo ante incarnatiōez nō fuit homo. Sicut etiā sequit. Petrus inquātū homo factus est rationalis: ergo anteq̄ fact⁹ eēt homo nō fuit rationalis ⁊ Regnū ⁊ dñiū tanq̄ homini deus sibi cōcessit ⁊ Hoc pōt cōcedi intelligendo regnū spualiter ⁊ dñium ꝓ p̄erogatiua gratiarū ⁊ Christus dñs. i. rex ⁊ dñs ⁊ q̄uis possit cōcedi fm bonū intellectum q̄ xps fuerit rex ⁊ dñs: nō tñ ex hoc q̄ q̄cunq; est xps concludi pōt q̄ sit rex maxime tpalis: qz multi fuerūt christi q̄ nō fuerūt reges: qō ꝓbatione nō indiget ꝓpter euidētiā eius ⁊ Illud qō gabriel angelus ⁊c. ⁊ Hoc totū pōt concedi si bene intelligatur de regno scz spuali ⁊ Dñs iesus xps vnus verus rex ⁊ vnus verus sacerdos ē ⁊ Hoc dictū angelus intelligit spualiter loquēdo de rege ⁊ fm hoiem q̄ppe xps ⁊ rex ⁊ sacerdos effectus est: cui dedit de⁹ sedē patris sui ⁊ regni eius nō erit finis ⁊ Sicut hic āgelus nō loquitur de sede dauid materiali: nec intēdit q̄ alicuius regni tpalis nō erit finis: ita nō intelligit de rege tpali ⁊ Itē q̄ saluator dñs oim tpaliū ⁊ hoc pōt cōcedi fm deitatē non fm humanitatē: accipiendo sicut accipit ille ⁊ Emitte dñe dñatorem terre ⁊ Illa verba Esaye non possunt intelligi de xpo fm humanitatez: fm qō dñator dicit a dñando temporaliter. Naz sicut nō dicitur creator anteq̄ creet: ita nō dicitur q̄s dñator anteq̄ dñetur: sed manifestuz est ⁊ ille cōcedit (sicut post patebit) q̄ xps fz humanitatē nō dñabatur terre: lz fm illū in q̄

Soluto. xiij. auc.

Soluto. xiiij. auc.

Solutio. xv. auc.

Solutio. xvi. auc.

Solutio p̄me auctoritatis p secūda conclusione.

Solutio.ij. busdā paucis gesserit se pro dño. Verba igr illa intelligēda sunt de xpo fm deitatez. ⌊Ex te mihi egredieť q̄ sit dñator in israel.⌋ Hec ꝟba michee intelligēda sunt de xpo fm deitatē sicut ꝟba sequētia: cuz dicit: egressus ei ab initio eternitatis nō possunt de xpo intelligi

Solutio.iij. nisi fm deitatē. ⌊Dñator quē vos q̄ritis.⌋ Illa etiā ꝟba intelligēda sunt de xpo fm formaz

Solutio.iiij. deitatis. ⌊Vos vocatis me magister et dñe.⌋ Domin⁹ dicit nō solū fm deitatē: ꝫ etiā fm humanitatē: nō ꝓpť dñium tpaliū ante passionē sed ꝓpť ꝓrogatiuā compluriū grāruz: sic etiā milites ⁊ alij vocāt fratres miores dños ꝓpť ꝓrogatiuā religiōis qui tñ nulli⁹ rei tpalis ha

Solutio.v. bēt dominiū. ⌊Dñs opus bȳs habet.⌋ Nic dicit dñs fm deitatem. vñ glosa ibidē dñs simplicit oim rerū cui ſuire debet creatura. Pōt etiā dici domin⁹ fm humanitatē: ꝓpť ꝓrogatiuā grārum. ⌊Rex regū ⁊ dñs dñantiū.⌋ Ista

Solutio.vi. verba intelligi possunt de xpo fm deitatē vel fm aliquos intelligunť de xpo fm humanitatē: post resurrectionē. quādo data fuit sibi oīs

Solutio.vij. potestas in celo ⁊ in terra: sicut per seriē text⁹ ostēdunt. ⌊Et in ihm xpm filiū eius vnicū dominuz nostrū.⌋ Illa verba intelligunť de xpo fm deitatē: vel intelligunť fm humanitatē ꝓpter ꝓrogatiuā grārum: eodēmodo dicit ad ꝟ

Solutio.viij. ba symboli: quod cātatur in missa. ⌊Premissa aūt. s. regnuz ⁊ vniuersale dñium habuit ibus inc̄tum domin⁹ ab eterno.⌋ Illa ꝟba sunt erronea: quia ex bȳs sequit q̄ ibs inc̄tum deus fuisset rex ⁊ domin⁹ ab eno: ⁊ ita mūdus fuisset ab eterno qđ est hereticū. Dicendū est igit q̄ sicut deus pater nō habuit seruū ab eterno ita nō fuit dñs: nec etiā rex ab eterno: sed ex tē poze p creationē rex absq; sui mutatiōe vel mutabilitate fact⁹ est rex ⁊ domin⁹: ita etiaz ibus inc̄tum deus non habuit regnū: ⁊ vniuersale dñium ab eterno: sed cū tēpoze post cōsubstātialitatē eius cū patre. ⌊Et inc̄tum homo ex tēpoze. s. ab instāti sue conceptionis ex dei dactione.⌋ Hoc improbatū est supra. Ca. xciij.

Cap. XCIIII Pria ps isti⁹ capituli recitat cōse quētē textus particulam.

Tnihilomin⁹ ha

e buit dñium aliquarū rerū tpaliū nō ab instāti sue ꝯceptiōis: sed postea successiue modis alijs: vt pote ex collatiōe fideliū: vel emptiōe acquisitarū: ⁊ q̄ sint ille videam⁹. Null⁹ aūt de bȳs pōt melio⁹ testimoniū phibere: q̄ apli ⁊ discipli ei⁹. videam⁹ g̃ qđ super hoc ipsi dicāt spāliť a tpe quo cepit miracula facere ⁊ predicare: certe narrant ipm habuisse aliqua: licz pauca. habuit itaq; vestimēta. Vnđ legit Matth. xvij. In trāsfiguratione sua vestimēta eius facta esse alba sicut nix.

Matth.xvij.

Jtem Job. xiij. dicit de eo sic. Surgit a cena ⁊ ponit vestimēta sua ⁊c. Jtē Joh. xix. in psona eius legit. Partiti sunt vestimēta mea sibi ⁊ i vestē meā miserūt sorte. ⁊ ad idē facit Matt. xxvij. Jtem Jobes bptā videtur supponere q̄ habuit calciamēta. Legit em Mat. iij. q̄ beatus Joh. bptā loq̄ns de eo dixit. Cuius nō sum dign⁹ calciamēta portare. Marc. i. recitat ip sum dixisse. Cuius nō sum dign⁹ ꝓcūbens solue re corrigia calciamētoz eius. Jtē Joh. supponit ipm loculos habuisse i q̄bus iudas que mittebanť portabat. vñ Joh. xiij. cū dixisz iude ihesu: Qđ facis fac citius. Quidam putauerūt q: loculos habebat iudas q̄ dixisz ei ihesus. Eme ea q̄ opus nobis sunt ad diē festum: aut vt egenis aliq̄d daret: ⁊ q̄ loculi essent ihesu: ptz ꝓ Augustinū dicētē. Habebat dñs loculos a fideliб oblata cōseruās: ⁊ suoz necessitatiб aliȳsq; indigentiб tribuebat. vt habeť xij. q. i. c. habebat. ⁊ pz p illud qđ in eius psona psalmista dicit. Qui māducat meū panē leuabit calcaneū suū cōtra me. ⁊ recitat Joh. xiij. Maūt vinū interdū habuit pz q̄ ad minus in cena illa habuit in q̄ eucharistie istituit sacrāmētū. De quo hz Matt. xxvi. mar. xiiij. ⁊ luce. xxij. Jste ergo heretic⁹ dicēdo xpm ihesum dñz nr̄m nō būisse dñium aliqđ tpaliū scripturis p dictis veteris ⁊ noui testamēti ꝑdicit exp̄sse.

Johannis.xiij. Johannis.xix. Matthei.iij. Marci.i. Johannis.xiij. Augustinus. Johannis.xiij.

Scđa ps isti⁹ capituli explicat pcedentem textuz

Postquā in parte pze

cedēti ille ipugnatus oñdit q̄ xp̄s ab instanti sue ꝯceptiōis habuit ex dei datōe regnū ⁊ vniuersale oim tpaliū rerū dñium. ꝫ conať oñdere q̄ pter illud vniuersale dñiū nō ab instanti sue ꝯceptiōis: ꝫ post quarūdā rerū tpaliū p modos. s. ēptiōe vel collatōe fideliū acq̄siuit dñiū Et posset ꝫ pars diuidi i tres. Prio em ꝓpōit ꝯclusionē quā intēdit ꝓbare. Scđo ꝓbat eā. Tertio ibi Jste ğ heretic⁹ ⁊c. ꝯcludit q̄ appellās scripture diuine ꝑdicit. Scđa ps posset diuidi in q̄q ptes fm qđ ꝑmo ꝓbat p tres auctoritates q̄ xp̄s būit dñiuz vestimētoz. scđo ꝓbat p tres auctes q̄ būit dñium calciamētorū ibi. Jtē btūs Joh. tertio p duas auctes ostēdit q̄ būit dñium loculoz ibi. Jtē Joh suponit. quarto vnica auctē q̄ būit dñū panis ibi Et pz p illud. q̄nto vnica auctē q̄ būit dñium vini ibi Maūt vinū. Sed isti ipugnatores cōtra ꝑdicta q̄ttuor ꝓbare conanť. Prio gñaliter q̄ xp̄s nulli⁹ rei tpalis būit dñium tpale. Scđo q̄ xp̄s nō būit calciamēta: etiā quantū ad vsum. Tertio spāliter q̄ xp̄s nō būit ꝓprietatē ⁊ dñium loculoz. Quarto declarant quō xp̄s aliq̄s res būit absq; dñio ⁊ ꝓpetate. Primū igit. s. q̄ xp̄s nulli⁹ rei būit dñium ⁊ ꝓprie

Tertia pars isti⁹ capituli ꝓbās ꝑdicta quo ad ꝑtuor.

Primū probatur dupliciter.

tatē: ꝙ ꝙ oē dñium ⁊ ꝓprietatē cuiuslz rei tpa
lis abdicauerit. Pmo oñdūt ꝑ determiationē
ecclie. Scdo ꝓbāt eādē determiationē ecclie
in scripturis diuinis: ⁊ sctōꝝ auctoritatib⁹ eē
fundatā. Q aūt ex determiatiōe ecclie bēant
ꝙ xps oēm proꝑietatē cuiuslz rei tpalis abdi
cauerit: dicūt esse tā aptū: ꝙ null⁹ legēs eādez
determiationē de ꝟ poterit dubitare. Jn de
cretali enīz. Extit. Sicut sepe extitit allegatū
ꝓtinenē hec ꝟba. Dis abdicatio ꝓprietat⁊ bu
iusmōi rerū tā in spāli ꝙ i cōi ꝓpt deū merito
ria est: ⁊ sctā: quā ⁊ xps viā pfectiōis oñdēs ꝟ
bo docuit: ⁊ exeplo firmauit. Quib⁹ ꝟbis pa
tenē asserit ꝙ xps oim tpaliū abdicauit dñiuz
⁊ ꝓprietatē tā in spāli ꝙ etiā in cōi: ḡ nullus
rei tpalis habuit dñium seu ꝓprietatē: neꝙ in
spāli: neꝙ etiā in cōi. ḡ ꝑ collationē fidelīū et
emptionē nō acq̄siuit rerū dñiuz. Jsta ꝟba su
ꝑa ꝓtractata fūt. c. ix. ⁊ iō illa q̄ ꝟ desunt ibi q̄
ranē. Scdo isti ipugnatores oñdunt ꝙ ꝑdcā
determiatio ecclie in scriptur⁊ diuinis ⁊ scōꝝ
auctoritatib⁹ ē fūdata. Quod ꝓbāt ꝓmo sic.
Illd qđ xps docuit aplos ⁊ alios facere: ⁊ xp̄z
hoc facere fuit vtile fidelib⁹. ꝟ ipemet xps fe
cit. ꝟ xps docuit aplos ⁊ alios oim rerū tpalīū
abdicare dñium: tā in spāli ꝙ etiā in cōi: ⁊ xp̄z
hoc facere fuit vtile fidelib⁹: igit xps ꝟ fecit.
Et ita xps oim tpalīū abdicauit dñium: tā in
spāli: ꝙ etiā in cōi. Quō illa rō ex scripturis di
uinis capiat fulcimentū q̄literq̄ confirmari
ac roborari valeat: ⁊ defendi. ex bijs que dicta
sunt. c. ix. ⁊. xi. ⁊. xcij. apte p̄z. Et iō si q̄s de ipsa
dubitauerit: videat illa q̄ in dictis caplis disse
rūtur. Scdo sic arguūt. Pauptas aplica nō
fuit maior: nec altior pauptate xp̄i: ꝟ aplī relīq
runt ꝓprietatē ⁊ dñium oim tpaliūm: tam in
spāli: ꝙ etiā in cōi. igit ⁊ xps oim ꝓprietatē et
dñium abdicauit. Maior ex bijs q̄ dicta sunt
caplo p̄cedēti euidenē colligit: qz in nulla pfe
etiōe q̄ ad vtilitatez spectabat credētīū aliq̄s
vnq̄ xp̄m excessit: igit aplī in ꝟtute pauptat⁊
nō solū interiori: ꝟ etiā exteriori xp̄m mime ex
cesserūt. minor ex bijs q̄ ꝓbata sunt. c. ij. suffi
cienē apparet. ibi enī ꝓbatū est ꝙ aplī abdica
tionē ꝓprietatis oim tpaliūm: tā in spāli: ꝙ etiā
in cōi seruauerūt. ⁊ de ꝟ inferi⁹ dissereē. Seq̄t
igit ꝙ xps oim rerū tā in spāli ꝙ etiā in cōi ab
dicauit dñium ⁊ ꝓprietatē. Tertio sic. Pau
pertas quorūcūq̄ religiosoꝝ nō est maior: nec
altior pauptate xp̄i: ꝟ aliq̄ religiosi. s. frēs mi o
res vouēt abdicationez ꝓprietatis cuiuslz rei
tpalis: ḡ ⁊ xps ꝓprietatē oium tpaliū abdica
uit ⁊z in spāli ꝙ etiā in cōi. Maior: videē ma
nifesta ⁊ ex p̄cedētib⁹ colligit euidenē: tuz qz
xps fuit exēplar oīs pfectionis ⁊ veritatis. tū
q̄a xps fecit ea q̄ docuit. docuit aūt illā paup
tatē: quā religiosi seruāt. igī pauptas illoꝝ re
ligiosoꝝ nō est altior pauptate xp̄i. maior euidē
ter colligit ex rescriptis ⁊ decretalib⁹ sūmoꝝ
pōtificū q̄ recitata sunt in ꝟ ope. c. xxxij. ⁊ lxxi.

De prima ꝓbatiōne primi.

De scda ꝓbatōe ꝑmi ꝑmuz argumentum:

Scdm argumentum eiusdē.

Tertiū argumentum eiusdē.

Quartū argumētum eiusdem.

Quarto sic. Pauptas euāgelica pfectissime
relucebat in xpo sicut ⁊ alie virtutes euāgeli
ce pfectissime fuerūt in ipo: ꝟ ad pfectionē euā
gelice pauptatis spectat abdicatio ꝓprietatiꝫ
oim tpaliū in spāli ⁊ in cōi. Hec ex ca. xiij. ꝓba
tur apte. ergo xps oim tpaliū ꝓprietatē ⁊ dñi
um abdicauit. Ex bis ꝑz manifeste ꝙ xps nul
lius rei tpalis habuit dñium ꝑ ꝓprietatē i spā
li: qđ insup ex alio oñdit. Ex hoc videz ꝙ oēs
religiosi imitanē pauptatē xp̄i: religiosi autez
nō habēt ꝓprietatē alicui⁹ i spāli: ḡ nec xps
habuit ꝓprietatez cuiuscūq̄ rei tpalis i spā
li. Jtē xps nō fuit magis ꝓprietarius ꝙ illi
de qb⁹ dicit act. ij. ⁊. iij. Mltitudis credētīū
erat cor vnuz ⁊c. sed nullus eoꝝ hab uit ꝓprie
tatē alicuius rei in spāli: ergo nec xps habuit
alicuius rei ꝓprietatē in spāli. Scdo osten
dunt isti ipugnatores ꝙ xps nō habuit calcia
menta etiā quo ad vsum: qđ rōne in scriptura
diuina cōsiderata ꝓbare conanē. Est aūt ratō
talis. Xps fuit forma ⁊ exemplar vite: quā tra
didit aplis ⁊ discipulis alijs obseruandā: ipso
attestante q̄ Jobis. xiij. ait. Exemplū dedi vo
bis vt quēadmodū ego feci vobis: ita ⁊ vos fa
ciatis. Hoc etiā beatus petrus asserit manife
ste in canonica sua pria. c. ij. dicēs. Chr⁹ ꝟ pas
sus est ꝙ nobis: vobis relinquēs exēplū vt se
quamini vestigia eius. Sed xps p̄cepit aplis:
alijsq̄ discipulis vt calciamēt⁊ minime vterē
tur. vñ Mat. x. sic legit. Vos duodeci misit p̄
cipiēs eis ⁊c. ⁊ post. Nolite possidere aurū ne
q̄ argentū neq̄ pecuniā in zonis vestris: nec
perā in via: neq̄ duas tunicas: neq̄ calciamē
ta. ⁊ Marc. vi. sic legit. Cōuocauit duodeci ⁊
cepit eos mittere binos: ⁊ dabat ipis ptātem
imundoꝝ spirituū: et p̄cepit illis ne q̄d tolle
rēt in via nisi virgā tantū: nō perā: nō panem:
neq̄ in zonis es: sed calciatos sandalijs. ⁊ Luce. x. sic habeē. Post hec aūt designauit dñs ⁊
alios. lxxij. ⁊ misit illos binos ⁊c. ⁊ post. Nolite portare sacculū: neq̄ perā: neq̄ calciamēta
Ergo xps vsum calciamētoꝝ aplis ⁊ nōnullis
alijs discipulis interdixit. Qđ etiā sctōꝝ au
ctoritates testanē exp̄sse. vñ Amb. in libro de
fuga scli ait. Jesus discipulos sine calciamētis
⁊ pecunia misit. Jtē Hieronim⁹ ad eustochiū
ait. Moyses ⁊ Jesus naue nudis in terra pedi
bus iubenē incedere: ⁊ discipuli sine calciamē
tarū onere ⁊ viculis pelliū nudi ad p̄cepta no
ui euāgelij destinanē: ⁊ milites vestimētis in

Scdm principale probatur.

forte diuisis caligas nō habebāt q̄s tollerent nec habere poterat dn̄s qō ꝓbibuerat in seruis. Itē Jobes chrisostom⁹ vltima homel. sup Mat. dicit. Apli vna tunica induti ⁊ discalciati oēs supauerūt. ⁊ idē homel. xxxij. dicit sic Christus aplis dixit: nūq̄d aliq̄d defuit vobis q̄n̄ misi vos nudos ⁊ discalciatos. Itē Bern̄. de. vij. hor̄. tertia hora ait. Postea cogita quō hēbat illos suos sctissimos pedes ꝓfractos q̄ cū festinatōe duxerūt eū ⁊ reduxerūt: nec credas q̄ eēt calciat⁹: quia nec ipe nec discipli ei⁹ calciamētis vtebātur. Itē glosa sup illud Mat. x. Nolite possidere aurū ⁊c. ait. Prope modū necessaria vite āputauit ne curēt de crastino: q̄ docet oia regi a deo: nec ipsa necessaria nec cellariū secū vebant: nihil ꝑeter vestimētum nec etiā mīma: ergo nec habuerūt calciamēta Ex his alijsq̄ compluri⁹ constat apte q̄ xp̄s ꝓbibuit ne apli alijq̄ eius discipuli calciamēta portarent. ergo ⁊ ipe vsum calciamētoꝝ abiecit.

Tertiū principale probatur.

Tertio isti spāliter probare conant q̄ xp̄s nō habuit ꝓprietatē ⁊ dn̄ium loculoꝝ: qō ꝓbant primo sic. Christus nullius rei tēporalis habuit proprietatē saltez in spāli: ergo nec loculoꝝ ꝓprietatē habuit saltē in spāli. Antecedens ꝓbatū est prius: ⁊ adhuc amplius pōt ostendi. hoc em̄ glosa ad Heb. testari videt: q̄ ait. Succincti ⁊ expediti currimus sine dubitatōe ad certamen martyrij: aspicientes in auctorē: q̄ ideo bona terre cōtempsit: vt cōtēnenda mōstraret: sed si aliq̄d cōtēpsit vt cōtēnere mōstraret seq̄tur q̄ ꝓprietatē oīm abdicauit: vt ꝓprietatē oīm abdicandā mōstraret. Alit em̄ nō dedisset exēplū abdicatōis oīm: quātuz ad ꝓprietatem in spāli: ⁊ p cōsequēs nequaq̄ oia ꝓtēpsisset pfecte.

Prima probatio tertij.

Scōa ꝓbatio

Scōo sic arguūt. Xp̄s seruauit formā viuēdi quā aplis instituit obseruandā: sed xp̄s ꝓcepit aplis ⁊ euangelizātibus verbū dei q̄ nō haberēt ꝓprietatē pecunie: ergo nec ipe ꝓprietatē habuit loculoꝝ Mat. ꝓbata est prius: ⁊ similiter minor: quae adhuc sctoꝝ testimonijs declarat. Ait ei chrisostom⁹ sup illud Mat. x. Nolite possidere aurū neq̄ argentū ⁊c. Intende q̄liter oibus eos denudās oia eis dedit: ꝓmittens i domib⁹ eorū q̄ docent manere nihil habētes. Si aūt q̄ i aliena pria existētes ⁊ apud ignotos abeūtes nihil aliud oportet portare a quotidiano cibo multomagis domi manētes. Et raban⁹ idem ait. Conseq̄nter h̄ ꝓcepit euāgelizatorib⁹ veritatis: q̄bus ante dixit. Gratis accepistis gratis date. Si em̄ sic predicāt: vt preciū nō accipiāt superflua est auri ⁊ argenti nūmoꝝ possessio. Nā si cumulassent aurū ⁊ argentū videret nō causa boīm: h̄ cā lucri predicare. Itē Amb. sup illud luce. Nihil tuleritis in via: ait qualis esse debeat q̄ euāgelizat regnū dei ꝑceptis euangelicis designat: vt sine virga: sine pera: sine calciamētis. i. subsidij tpalis āminicula nō requirēs fidei: q̄ turus putet sibi quo min⁹ ea requirit magis posse suppetere. Itē Hieronim⁹ ad Hieremiā ait. Apli toto orbe peregrini nō es in zona: nō virgā i manu: nō caligas habere sinunt in pedib⁹. Ex his alijsq̄ cōplurib⁹ ꝑz apte q̄ xp̄s aplis ⁊ alijs euāgelizatorib⁹ veritatis ꝑcepit: ne pecuniā possiderent ⁊ q̄ ipsi peregrinando p mūdū pecuniā mīme possiderēt: ergo multomagis xp̄s euāgelizans p mūdū ꝓprietatē nō habuit pecunie vel loculoꝝ.

Tertia ꝓbatio

Tertio sic ꝓbant assertōem eandē xp̄s non habuit ꝓprietatē in spāli illoꝝ q̄ erant cōia: h̄ illa q̄ portabant i loculis erāt cōia teste glosa sup illud Matt. xvij. Vade ad mare ⁊c. q̄ ait. Dn̄s tāte pauptatis fuit vt vñ tributuz daret nō haberet. Judas q̄dez habebat cōia in loculis: h̄ res pauperū in vsus suos ꝑuertere nefas duxit ipm̄ dans exēplū nobis. ergo xp̄s nō habuit ꝓprietatē loculoꝝ in spāli.

Obiectio.

Sed dicet aliq̄s q̄ s̄m p̄dicta xp̄s habuit ꝓprietatē loculoꝝ saltē in cōi: q̄ hic dicunt illa q̄ erāt i loculis fuisse cōia. Ad hoc dici pōt dupliciter. Dicūt em̄ q̄dā q̄ ea q̄ portabant in loculis erant cōia: quo ad aliqualē ꝓprietatem extenso mō accepto noīe ꝓprietatis toti cōitati fideliū: ⁊ iō ptinebāt ad ꝓprietatē xp̄i in spāli: nec ad ꝓprietatē xp̄i ⁊ aplōr collegij s̄m q̄ dictū collegiū distinguebat a cōitate fideliū: sicut pars a toto. Et aliter dicit q̄ illa q̄ erāt cōia nō xp̄o ⁊ aplis tantū: h̄ etiā alijs paupibus ⁊ indigētibus quo ad licitā ptātem vtendi ipsis: p suis necessitatibus subleuandis ⁊ iō nō erant cōia eis quo ad dn̄ium ⁊ ꝓprietatē: sicut modo bona ecclie dicunt esse pauperū: nō quo ad dn̄iū ⁊ ꝓprietatē: h̄ q⁹ deputata sunt ⁊ ordinata ad pauperes sustentādos: ita illa q̄ portabant in loculis deputata erāt ad releuādas indigentias xp̄i ⁊ discipuloꝝ suoꝝ: ac pauperū alioꝝ. et tali mō erant eis cōia: nō quo ad dn̄ium ⁊ ꝓprietatē. ⁊ ille intellectus tā ex euāgelio q̄ ex sanctoꝝ auctoritatib⁹ colligit euidēter. vnde Joh. xij. sic scribit de iuda dicēte. Quare hoc vnguentū nō venijt trecētis argēteis: ⁊ datū est egenis. Dixit aūt h̄: nō q⁹ de egenis ptinebat ad eū: h̄ q⁹ fur erat ⁊ loculos habēs ea que mittebant portabat. ⁊ vt legit Mat. xxvi. Discipuli alij dixerūt: vt q̄d pditio hec: potuit ei venūdari multo ⁊ dari pauperib⁹. Ex q̄b⁹ verbis colligit q̄ illa q̄ portabant in loculis custodiebant pauperibus ⁊ egenis. q̄ gloſa Johānis. xij. testatur dicēs. Cui angeli ministra-

Respōsio ad obiectionem.

bāt loculos habebat in sumptus pauperū cō descendens infirmis. qō etiā Joh. euāgelista. apte insinuat dicēs. c. xiij. Quidam aūt putabant q; loculos habebat iudas q̄ dixisset eis iesus: eme ea q̄ opus sunt nobis ad diem festū aut vt egenis aliq̄d daret. Ex q̄bus insinuatur aperte q̄ ea q̄ portabanť in loculis ad releuādas indigētias xp̄i ⁊ alioꝝ pauperū deputata fuerūt. qō glosa ibidē asserit manifeste dicēs. Quia loculos in q̄bus oblata seruabantur bē bat suoꝝ necessitatibus ⁊ alijs indigentibus in quo forma ecclesie seruādi necessaria est instituta: qua iubeť nō cogitare de crastino: ne p terrenos seruiat vel timore iopie iusticiā deserat. Item Augustin⁹ ibidē ait. Habebat em̄ dns loculos a fidelibus oblata obseruās: ⁊ suoꝝ necessitatibus ⁊ alijs indigētibus tribuebat: tūc primū ecclīastice pecunie forma est instituta. Item Hieronim⁹ sup illud Mat. xvij. Vade ad mare ⁊ primū piscē ⁊c. ait dñm tante fuisse paupratis vt vnde tributa p se ⁊ apostolis solueret nō haberet. Si quis obijcere voluerit quō in loculis iudas portabat pecuniā. Respondebim⁹ res pauperū in vsus suos cōuertere nefas putauit. Item chrisostom⁹ super istis verbis Joh. xiij. q; loculos habebat iudas ⁊c. Ait ⁊ nimirū nullus discipuloꝝ pecunias deferebat: ꝫ p hoc q̄ dicit occulte insinuat: q̄ q̄dam mulieres eū de suis facultatib⁹ nutriebāt: q̄ aūt nō virgā nō perā nō es iubet deferre: loculos ferebat ad inopū ministeriuꝫ: vt discas q̄m valde pauperē ⁊ mūdo crucifixū huius oportet parť multā facere ꝓcuratiōem multa em̄ ad nr̄am doctrinā dispensans agebat. Ex p̄dictis liquet apte q̄ illa q̄ portabantur in loculis nō erāt deputata: nisi ad sustēta tōem xp̄i ⁊ discipuloꝝ ⁊ pauperū alioꝝ. Sed queret aliquis ad cuius dñiuꝫ ptinebāt ille pecunie: ⁊ nō videť q̄ poterant pertinere nisi ad dñium xp̄i vel aplōꝝ q̄ō Augustin⁹ insinuare videtur cū dicit q̄ tunc primum ecclīastice pecunie forma est instituta. Ex quo ecclīastice videtur cōcludi q̄ cū prelati ecclie habeant aliquale dominiū pecunie q̄ xp̄s tunc habuit aliquale dñium illius pecunie cū ipe solus fuerit tunc prelatus fideliū. Ad istud dicūt aliqui q̄ dominiū illius pecunie nō plenū nec ita liberū quale in rebus suis habēt mundani: sed aliquale: quo videlicet poterat aliqs ꝓpter ista in iudicio litigare: ptinebat ad cōitatem fideliū q̄ includebat xp̄m ⁊ aplos ac oēs fideles. Alij dicūt q̄ illarū pecuniarū dominiū ptinebat ad dantes: q; ipsi tantūmodo deponebāt pecuniā de voluntate xp̄i ꝓ indigentiū necessitatibus releuandis presens sibi dominiū retinentes. Unde dicūt q̄ p̄o magna parte ista erat pecunia mulierū q̄ sequebātur xp̄m ⁊ ministrabant ei de facultatibus suis: vt habetur Luce. viij. Quarto isti declarare nituntur quomodo xp̄s aliquas res habuit absq; earuꝫ dominio ⁊ ꝓprietate dicētes q̄ sicut ostensuꝫ est supra. c. ij. Hmōi vocabula meū: tuū: suum eius: ipius: habere ⁊ huiusmodi. in significatione multipliciter accipiunť in scripturis. Aliq̄n em̄ important dominiū ⁊ ꝓprietatē: aliq̄n vsum facti: aliq̄n licitā potestatē vtendi: aliq̄n cōsuetudinē vtendi: aliq̄n custodiā ⁊ alijs variis modis quasi innumeralibus accipi possūt Quare cōcedi pōt q̄ xp̄s res varias habuit quātū ad vsum: ⁊ quātū ad licitā ptātem vtendi: ⁊ quātū ad consuetudinē vtendi: ⁊ quātū ad dispensatōem aliqualem seu dispositiōem: licz nō habuit dñium ⁊ ꝓprietatē. His visis super litteram aliqua sunt notanda: ⁊ auctoritates inducte sunt soluende. ⌊Et nihilomin⁹ habuit dominiū aliquarū rerū temporaliū non ab instanti sue cōceptionis ⌋Ista verba contradicunt alijs dictis suis: quia dicit q̄ ab instanti sue conceptionis habuit vniuersale dominiū oim rerū tpaliū: ⁊ q̄ tali dñio renūciare nō potuit: ergo nulle res fuerūt tpe xp̄i: quarum nō habuit dñium ab instanti sue ꝓceptōis: nisi dicas q̄ nō habuit illarū rerū dñium ab instanti cōceptōis sue q̄ tpe cōceptiōis sue nō fuerunt in rerū natura. quarū etiā rerum deus nō būit tūc dñium: q; tūc nō erāt: ꝫ de talibus reb⁹ iste nō loquiť: q; forte pecunie quas dicit xp̄s post ea habuisse ⁊ nō ab instanti sue ꝓceptōis: tūc fuerūt: ⁊ ita fuerūt forte nōnulle alie res. Nec posset ista ꝓdictio saluari: nisi q̄s equiuocatione dñioꝝ vel modoꝝ habendi dñium assignaret: q̄ō ille ñ pōt ⌊ꝫ postea successiue mōis aliis: vtpote ex collatōe fideliū vel ēptōe acq̄sitarū ⌋si xp̄s postea acq̄siuit aliquarū rerū dñiuꝫ aut acq̄siuit dñium ꝓprīū: aut cōmune nō cōeq; pdidisset dñium ꝓprīū: q̄ō habuerat primū q̄ō ille negat: nec dñium ꝓprīū: q; tunc in eisdem reb⁹ habuisset duo dominia ꝓpria: scz primū ab instanti sue cōceptōis: ⁊ aliud postea acq̄siuit: q̄ō est icōueniēs. Nec pōt q̄s assignare differentiā taliū duoꝝ dñioꝝ i eadē re ⌊narrāt ipm habuisse aliq̄: licz pauca ⌋sed de dñio et ꝓprietate nullā penitus faciūt mētiōem: ⁊ p cōsequēs de dñio nouiter acq̄sito: nullā faciūt mentiōem. ⁊ ita esto q̄ habuisset oim vniuersale dñium p dicta aplōꝝ ⁊ discipuloꝝ nō possz inferri q̄ habuisset aliquarū rerū dñium post ꝓceptōem xp̄i nouiť acq̄situ: ꝫ tā facilič dicēt q̄ vellet q̄ būit dñiū illarū rerū ab istāti sue cōceptionis sicut aliarū ⌊habuit ita q̄ vestimē-

Quartum principale probatur.

Quarta pte istius capli ponit expositio seu respōsio litteralis.

Obiectio

Responsio.

Obiectio

Responsio

Nota rationem

Bona q̄stio cui? fuerūt vestimēta q̄tū ad dñm̄ t pprietatē.

ta ¶ verū est quātū ad vsū: ꝑ q̄reret aliq̄s cuius fuerūt vestimēta quātū ad dñium t pprietatē Et dicūt isti q̄ quātū ad veritatē cuāgelij nō refert cuius fuerint quo ad dñiuz: dūmodo nō fuerint xp̄i quo ad dñium t pprietatē. Dicunt tn̄ q̄dam illoꝝ q̄ q̄ēadmodū tēplū t nōnulla vasa in tēplo in veteri testamēto fuerūt solius dei: quo ad dñium t ministroꝝ templi quo ad vsum: ita vestimēta xp̄i erāt solius dei quo ad dñium: t xp̄i inquātū erat homo quo ad vsum

Nota resp̄siōes

Ad auctoritates Matthei.xvij.

Aliq̄ vero dicūt q̄ erant dantiū: aliq̄ etiam dicūt q̄ in nullī? bois erāt dñio ¶ Et vestimenta eius ¶ Ex hoc q̄ erāt eius nō p̄t p̄cludi q̄ erāt sua quo ad dñium: sicut nec ex hoc q̄ nazareth erat ciuitas marie t ioseph: cū dicat de eis Luce.ij. Reuersi sunt i galileā i ciuitatē suā nazareth. P̄t cōcludi q̄ nazareth erat marie t ioseph quo ad dñiuz t pprietatē: sed sicut ibi nazareth erat ciuitas marie t ioseph quo ad consuetudinē habitandi: ita illa vestimenta erant xp̄i quo ad cōsuetudinē vtendi ¶ Ponit vestimēta sua ¶ quo ad cōsuetudinē vtēdi ¶ partiti sūt vestimēta mea t c̄ ¶ sicut p̄ius erāt xp̄i quo ad cōsuetudinē portādi ¶ Et habuit calciamēta ¶ Hoc ip̄obatū est p̄ius ¶ nō sum dign? calciamēta portare ¶ hoc ad ſram exponi p̄t dupliciter. vno modo vt intelligat cōditionaliter: ſ est si hēret calciamēta: nō essem dign? calciamēta portare. aliter q̄ p calciamēta intelligant sandalia q̄bus vsus fuit xp̄s ¶ soluere corrigiā calciamētoꝝ ¶ sicut p̄ius: vt soluā corrigiā calciamēti: sicut ad p̄imā istarū ¶ Jtē Johānes supponit ipm loculos habuisse ¶ hoc verū est quātū ad aliqualē dispēsatōem: sic etiā multi frēs cystercien habēt aliqualē dispēsationē in reb? in q̄bus tn̄ nō habēt dñium seu pprietatē ¶ in q̄b? iudas q̄ mittebat portabat ¶ Queret aliq̄s quō xp̄o p̄mittente t cōsentiente iudas portabat pecuniā: cū xp̄s sibi sic alijs ap̄lis iterdixerit portare pecuniā. Dupliciter dici p̄t. vno modo q̄ xp̄s q̄ erat supra oēm legem positiuā dispensauit cū eo. alio mō q̄ hec fecerit tpe necessitatis q̄ legē nō hz. alijs autē xp̄ib? nō portauit ¶ Loculos habebat iudas ¶ Arguat hic ille impugnatus q̄ iudas nō xp̄s habuit pprietatez loculoꝝ: q? hic dicit iudas loculos habuisse. Jn tota aūt sacra scriptura nō inuenit vocaliter dictū q̄ xp̄s habuit loculos: si ergo non obstante q̄ dicat iudā loculos habuisse: nō p̄t inferri q̄ habuit pprietatem in loculis: sequit q̄ nec ex scripturis p̄t inferri q̄ xp̄s habuit pprietatē i loculis ¶ Habebat dñs loculos ¶ Jsta sunt verba Augustini non euangeliste q̄ recte sunt intelligenda. ſ. q̄ dñs habebat loculos, ſ. quātū ad aliqualē dispēsationē absq̄ dñio t pprietate ¶ tribuebat ¶ hoc est ordinabat tribuēdū ¶ Qui māducat meum panē ¶ quātū ad aliqualē dispensatōez ¶ Et ad minus in cena ista habuit scz vinū ¶ habuit vinū tūc quātū ad vsum: vinū in quo instituit sacramentū nō fecit suū inquātū erat homo quo ad dñium: sicut sepe vinū in quo sacerdos conficit nō est suū quo ad dñium: post q̄ aūt conferat spēs vini erant spāliter dei quo ad dñiū ¶ scripturis p̄dictis veteris t noui testamenti cōtradicit exp̄esse ¶ Patet per p̄dicta vt isti dicūt q̄ nō cōtradicit: sed cōcordat. Ea.xcv.

Ja Johannis.xiij. Johannis.xix.

Matthei.iij.

Marci.i.

Johannis.xiij.

Bona q̄stio.

Responsio.

Augustinus

Eap XCV In prima parte isti? capituli aliā recitat cōstitutionis particulam

Tsi velit dicere q̄

e illi regno t dñio renūciauit exp̄esse ostendat illud si sciat: q̄ tn̄ vt credimus p̄ sacrā scripturā nō poterit: imo cōtrariū sacra scriptura supponit exp̄esse: q̄ supponit eū nō longe a passione sua dixisse. Vos vocatis me magister t dñe t bn̄ dicitis suz etenī. Jtē istud Matth.xxi. vbi dñs duobus discipulis dixit. Jte in castellū q̄ cōtra vos est: t statim inuenietis asinā alligatā t pullū cū ea: solui te t adducite mihi: t si q̄s vobis aliq̄d dixerit: dicite q: dñs his opus hz. Jtē tpe passiōis se regē recognouit: vt p̄batū est supra. Jtē dauid in p̄sona eius legit dixisse: etiā p tpe passionis ei?. Diuiserūt sibi vestimenta mea: t sup vestem meaz miserūt sortē. Et recitat Matth. xxvij.c. Ex q̄bus cuidēter apparet ipm regno t dñio nō renūciasse p̄dictis: imo videt q̄ nec potuerit renūciare: t si fecisset cōtra ordinatōez patris fecisset. Dicit enī Daniel.vij. vbi de eius regno fit mētio sic. Suscitabit de? celi regnū: q̄ ineternū nō dissipabit: t regnum eius alteri nō tradetur. Jtē daniel.vij. dicitur sic. Dedit ei potestatē t honorē: t regnū t oēs populi tribus t lingue ipi seruient. Potestas eius potestas eterna que non auferetur: et regnū eius non corrumpetur.

Scōa p̄s isti? ca. declarās rectum constituōis. quo ad tria.

Jn parte ista ostende

re nititur q̄ xp̄s regno t vniuersali dñio neq̄ q̄ renūciauit. P̄imo aūt dicit q̄ appellās nō p̄t p̄bare p scripturā sacrā q̄ renūciauit regno t vniuersali dñio. Scōo ibi. imo cōtrariū p̄batur p tres auctoritates q̄ xp̄s nō renūciauit regno t dñio: sed ipe retinuit. Tertio ibi: imo videt. Probatur q̄ xp̄s nō potuit renunciare regno t dominio tali ratione. Christus nō potuit facere contra ordinatōnem patris: sed pater ordinauit q̄ regnum xp̄i duraret in perpetuum: ergo xp̄s regno t dominio renunciare nō potuit: maiorem supponit tanq̄ certam babēs p impossibili: q̄ xp̄s fecisset cōtra ordi

Tertia ps istius capli declarans tertiū constitutiōis quo ad duos errores.

natōem patris. maiorē ꝓbat duabus auctoritatibus daniel. Sed isti ipugnatores lz cōcedāt q̄ xp̄s nō renūciauit regno ⁊ dñio ꝓprie loquēdo: qz ei qđ nō est renūciare nō pōt. Ebrius aūt āte passionē suā nunq̄ habuit inquātū homo regnū tpale ⁊ dñium seu ꝓprietatem oim tpaliū. ⁊ p cōsequēs eidē minime renūciauit: loquēdo ꝓprie. cm̄ dicūt istū impugnatū ḃ ī duob⁹ errare.

Primus error impugnati.

Quoꝝ primū est q̄ xp̄s nō lōge ante passionē habuit regnū tpale ⁊ dñiuz seu ꝓprietatē tpalium rerū. Scōm est q̄ ideo xp̄s nullo mō potuerit renūciare regno ⁊ dñio: qa si fecisset cōtra ordinatōem p̄is fecisset. Primū ip̄robatū est p̄ius: vbi ostensum est q̄ xp̄s inquātū homo mortalis nunq̄ habuit regnuz tpale ⁊ vniuersale rerū dñium seu ꝓprietatez ⁊ p cōsequēs multomagis ex quo cepit p̄dicare nō habuit regnū ⁊ dñium supradicta. Et q̄ tunc nō habuit regnū ⁊ dñiuz memorata facile posset ostendi. Qđ aūt nō habuit vniuersale dñium oim in sequēti capl̄o patebit. Dicvero ꝓbabit q̄ regnū nō habuit tpale. Hoc enim beatus Augustin⁹ in quodā sermone de innocētibus testat exp̄esse q̄ loquēs de regno xp̄i ait. Putabat se infelix tyrānus dñi saluatoris aduētu regali solio detrudendū: sed nō ita est. Non ad hoc venerat xp̄s vt alienā gl̄iam iuaderet: sed vt suā donaret. Nō inquā ad hoc venerat vt regnū terrestre p̄eriperat: ꝫ vt celeste dōaret. Nō venerat ad ptātes dignitatesq̄ rapiēdas: ꝫ ad cōtumelias ⁊ iniurias pferēdas. Nō ad hoc venerat vt sacruz illud caput ad dyadema gēmatū: ꝫ vt ad coronā spineam p̄pararet. Nō inquā ad hoc venerat vt constitueret supra sce ptra magnific⁹: ꝫ vt crucifigeret illusus. Itē leo papa in quodā sermone de epl̄a. ait. Sz apparet illos. s. iudeos carnalit cū herode sapuisse: ⁊ regnū xp̄i cū hui⁹ mundi ptātibus estimasse: vt ⁊ isti tpalē sperarēt ducē: ⁊ terrenū metueret ille cōsortē. Ex his verbis clare pz q̄ regnū xp̄i nō fuit tale q̄le est regnū terrenoꝝ: nec xp̄s fuit dux tpalis: ⁊ p cōsequēs rex fuit minime tpalis. Itē Augustin⁹ i epl̄a ad māducantes ait. Itaq̄ nō xp̄s regno decoratus: nec xp̄s terrenis opibus diues: nec xp̄s vlla terrena felicitate p̄fulgēs. ꝫ xp̄s crucifixus p totū terrarū orbē p̄dicat. Itē gregorius in pastorali ait. Ipe dei ⁊ hoim mediator regnū p̄cipere vitauit i terris: q̄ supnoꝝ spūuz sciam: sensūq̄ trāscendēs ante scla regnat i celis: q̄ em̄ idcirco in carne venerat vt nō solum populū redimeret: verūetiam p suā cōuersatōnem doceret exēpla sequētibus prebēs rex fieri noluit. Ad crucis vero patibulū sponte peruenit: oblatā gl̄iam culminis fugit: penam p̄

Leo papa.

Augustinus

Gregorius

brose mortis expetijt: vt mēbra eius discerent fauores fugere: terrores minime timere: p veritate aduersa diligere: pspera formidādo declinare. Item Augustin⁹ sup illud Joh̄l. i. Ergo cū cognouisset q̄ venturi essent ⁊c. ait Putare ipm regnare tunc quēadmodū turbe putabāt: erat eū rapere. i. indebite trahere: ac de ipo estimare. Ex his claret: q̄ q̄ putabant xp̄z regnare tpaliter: trahebant xp̄m indebite: ac de ipo etiā indebite estimabant. Sed dicet aliquis q̄ xp̄s fuit rex tpalis q̄uis tēpoꝛalit nō regnaret: ꝫ istam obiectōem cōfutat btūs Augustinus sup illud Jobis. Abijt ihesus trās mare galilee q̄ ait. Venit ipe vn⁹ vtrāq̄ psonā in se portans: sacerdotis ⁊ regis. sacerdotis p victimā quā seipm obtulit p nobis deo. regis q̄ regimur ab eo. Ex q̄bus verbis cōstat apte q̄ xp̄s nō dicebat rex nisi q̄ rexit. ⁊ p cōsequens q̄ regnauit: sed nō regnauit tpaliter: ergo nō fuit rex tpalis. Itez glosa sup illud Joh̄. xviij. Regnū meū nō est de hoc mūdo. ait hoc est regnū qđ nos scire noluit: si q̄ pius vicisset iterrogando: oñdere voluit: q̄ ⁊ de suo regno hoim esset opinio iudeoꝝ gentiūq̄ ostensa aptiꝰ vtrīq̄ rñdet Regnū meū non est de hoc mundo. Decepti estis: nō em̄ impedio dñatiōem vestram in mūdo: ne vane timeatis ⁊ seuiatis: ꝫ ad regnū celeste credēdo venite. His cōcordat Ambrosius ī hymno ephie dicēs. Hostis herodes ipie xp̄m venisse q̄d times nō arripit mortalia q̄ regna dat celestia. Item consiꝛ sonat glosa in p̄ncipio libri ꝓuerbioꝝ dicēs parabole grece latine similitudines: qđ vocabulū ideo salomō huic operi imposuit vt non iuxta lr̄am intelligamus q̄ dicit. in quo dñm parabolice turbis locuturū signat sicut noie suo ⁊ regno pacificato regnū xp̄i multiplicabitur eius imperiū. de quo dictū est. Et regni ei⁹ nō erit finis. Et sup solium eius sedebit. Ipe etiaz xp̄s sup dauid ⁊ rex spūalis israel. Ex his aliisq̄ q̄plurimis colligit euidēter q̄ xp̄s nō vēit regnū tpale suscitare: nec rex fieri voluit tpalis: neq̄ dignitates assumere tpales: sed rex extitit spūalis israel. Quō aūt tpe passionis recognouit se regē nō tpaliter: sed spūaliter est i p̄cedētibus declaratū. Scōm in quo dicūt istuz errare est q̄ ideo xp̄s nullomō potuit renūciare regno ⁊ dñio supradict: qz si fecisset cōtra ordinatōem patris fecisset. Ad cuius intellectū dicunt esse sciendū q̄ iste opinatur q̄ oia de necessitate eueniūt: ita q̄ cōtradictōez includit quecūq̄ euenire aliter q̄ eueniunt cū ratio fūdamētalis ē: qz deꝰ oia ab eterno quō debeant fieri ordinauit: ꝫdictōez aūt icludit: q̄ ordinatio diuina ipediat: ergo ꝓtradictōez

Pri⁹ error impugnati.

Augustinus.

Obiectio.

Responsio.

Ambrosius

Scōs error ipugnati.

includit q̄ q̄cunq; aliter euenīāt q̄ eueniunt. Istam ratōem generalē ad ꝓbandū q̄ oīa de necessitate eueniūt: ipe hic applicat ad materiā spālē: scz q̄ xp̄s nō potuit renūciare regno ⁊ dñio supadictis: q; deus pater ab eterno ordinauit q̄ xp̄s nō renūciaret regno ⁊ dñio: sed cōtradictōem includit q̄ ordinatio diuina impediat: ⁊ p cōsequēs cōtradictiōez includit q̄ xp̄s faceret cōtra ordinatōem patris: ergo cō tradictōez includit q̄ xp̄s renūciauerit regno ⁊ dñio sepedictis. Nec valet dicere ad excusationē ipius q̄ p potentiā dei ordinatā non potuit fieri q̄ xp̄s renūciauerit regno ⁊ dñio ⁊ sicut intellectus illius bz: hoc tñ potuit fieri p dei potentiā absolutā: q̄ pōt in oē illud q̄ nequaq̄ cōtradictōem includit. Quia iste impugnatus vt q̄dam istoꝝ impugnatoꝝ dicunt se audiuisse ab ore eius: ⁊ ipe postea in sermonibus suis declarauit: negat illā distinctōem theologoꝝ de potētia dei ordinata ⁊ absoluta intendēs multis ratōib⁹ ostēdere q̄ q̄cquid pōt deus de potētia absoluta pōt etiā de potētia ordinata. ⁊ q̄cquid nō pōt de potētia ordinata nō pōt de potētia absoluta. Tñ ⁊ q̄dam istoꝝ impugnatoꝝ ꝓpter illā distinctōem: ⁊ illa q̄ sequunt ex ipa ꝑncipaliter acerbe ꝓsequuntur.

Nota de duplici potentia dei.

Prima ratio impugnati.

Principalis autē ratio q̄re negat istā distinctōem de potētia absoluta ⁊ ordinata est: q; si deus aliq̄d faceret de potētia absoluta q̄ nō facit de potētia ordinata: deus posset aliq̄d facere q̄ nō ordinauit se facturū: ⁊ ita deus eēt mutabilis.

Alia ratio impugnati.

Alia rō sua est: q; in deo idē est essentia ⁊ potētia: ꝑ in deo nō sunt due essentie: ergo nec due potētie.

Hereticū est dicere oīa de necessitate euenire: circa q̄ q̄nq; declarāt

His visis dicūt isti q̄ iste hic dogmatizat implicite heresim detestādā: scz q̄ oīa de necessitate eueniūt: tō sic ꝓtra istū ꝓcedūt. Primo ꝓbant q̄ nō oīa de necessitate eueniūt. Secōo oñdunt q̄ nulla quantū ad diuinā potētiā de necessitate eueniūt. Tertio moliunt oñdere spāliter q̄ si xp̄s habuit regnū ⁊ dñium supradicta: ipse potuit absolute renūciare eisdē. Quarto declarāt quō bz itelligi q̄ in deo est duplex potētia: scz absoluta ⁊ ordinata: ⁊ quō deus pōt aliqua facere de potētia absoluta: q̄ nō facit de potētia ordinata. Quinto ad rōnes que ꝓ heresi sua tangūtur rīdent.

Primū videlz q̄ nō oīa de necessitate eueniūt ꝓbatur ꝑmo auctoritatib⁹. deīde duabus rationibus.

Primo ergo ꝓbare conant q̄ non oīa de necessitate eueniūt. ꝑ q̄ aliqua possent aliter euenire. ⁊ primo sic. Deus potuit ⁊ pōt multa facere q̄ nō fecit nec facit: ⁊ posset multa nō facere q̄ facit. ergo multa potuerūt ⁊ possent aliter euenire q̄ eueniūt ⁊ euenerit. ⁊ p cō sequēs nō oīa de necessitate eueniunt: ꝑ plura cōtingent. Antecedēs ꝓbat auctoritatibus manifestis. Nā vt hō Iob. xij. Iobis bptā ait Potēs est deus de lapidib⁹ istis suscitare filios abrahe. ⁊ idē recitat Luce. iij. Ex q̄busverbis q̄ nō solū mistice: ꝑ etiā ad lrām debēt itelligi. patet q̄ deus potuit de lapidib⁹ suscitare filios abrahe: qō tñ nequaq̄ fec. Secōa auctoritas habet libro sap. c. xi. vbi sic scribitur. Quidam errantes colebāt mutos serpentes ⁊ bestias supuacuas imisisti illis multitudinez mutoꝝ aialiū: in vindictā: vt scirent q̄ p q̄ peccat quis: p hec ⁊ torquetur. Non em impossibilis erat omps manus tua q̄ creauit orbē terrarū ex materia iuisa imittere illis multitudinē vrsoꝝ aut audaces leōes aut noui generis ira plenas ⁊ ignotas bestias aut vapoꝛe igneum spirantes: aut odoꝛe fumi ꝓferētes: aut horrēdas ab oculis scintillas emittētes: quarū non solū lesura poterat illos exterminare: ꝑ ⁊ aspectus p timoꝛe occidere. Nā ⁊ sine bis vno spū occidi poterāt. His verbis patēter asserit q̄ deus modis multis poterat malos occidere ⁊ punire: q̄bus tñ eos minime molestauit. Poterat ergo multa facere q̄ nō fecit. Item sicut legit Daniel. iij. ca. sydrac mysac ⁊ abdenago dixerūt ad regē nabuchodonosoꝛ. Ecce em deus noster quē colimus pōt eripere nos de camino ignis ardētis: ⁊ de manib⁹ tuis o rex liberare: q̄ si noluerit notum sit tibi rex q; deos tuos nō colim⁹. Ex bis verbis colligit euidenter q̄ isti tres viri fideles catholici atq; sci firmiter crediderūt q̄ de⁹ eos potuit liberare de camino ignis. ⁊ tñ nesciebāt an eos voluerit liberare. ⁊ p cōsequēs ignoꝛabāt an eos eēt liberaturus: ergo firmit crediderūt q̄ deus eos potuit liberare: esto q̄ nō esset eos liberatur⁹. Ex quo sequit euidēter q̄ crediderūt deū posse facere aliq̄ q̄ nō facit. Itē sicut legit Luc. i. Dixit angelus ad mariā. Nō erit impossibile apud deū oē verbū. Volēs p hoc psuadere possibilitatē incarnatōis: q̄ psuasio nullā hꝛet apparentiā: nisi deus posset facere aliqua q̄ non facit. Si em deus nō possz facere alia q̄ facit: ⁊ faciet: quātū ad rem nō esset differētia inter ꝓpositōem de futuro: ⁊ ꝓpositōem de possibili. Sed dicere deus potest incarnari tantum valeret. ac si diceret deus incarnabitur: ⁊ ita sicut p illā. nō est possibile apud deū oē verbū: nō potest probari q̄ deus incarnabit: ita p ipsam nō posset ꝓbari q̄ deus pōt icarnari: quare ad psuadendū possibilitatez incarnationis hec ꝓpositio. Non est impossibile apud deū omne verbū. esset inutilis. Patet ergo q̄ de⁹ potest facere multa que non facit. Qō etiam ratione probatur. Nam qui est omipotens potest facere multa q̄ non facit: non em dicit aliquis oipotens: quia facit omnia q̄ facit: sed q;

Prima ratio.

Quarta ratio est hec. Qui nihil sibi retinent:sed totuz deserunt relinquūt oia quo ad dominiū seu ꝓprietatem.sed apostoli anteꝙ ad predicandū mitterentur:nihil sibi retinuerūt:sed totū deseruerunt: teste btō Gregorio q̄ loquens de petro 7 andrea super illud Hatth.iij. Relictis rbetibus secuti sunt eū:ait. Ad vnius iussiōis vocem Petrus 7 Andreas secuti sunt redemptoꝛē 7 infra. In hac re fratres carissimi affectū potius debemus pensare ꝙ cēsum. Multū reliquit q̄ nihil sibi retinuit. Multum reliquit q̄ quantūlibet parū totū deseruit. Ex q̄bus verbis datur intelligi ꝙ petrus 7 Andreas nihil sibi retinuerūt:sed totū deseruerūt in illa vocatione de qua fit mētio Hat.iij. que precessit missionē aplōz ad predicandū: ergo 7 oēs alij apli ad eundē statū assumpti anteꝙ ad predicandū mitterent̄ nihil retinuerunt:ꝑ totū deseruerūt:7 ꝑ cōsequens oia reliquerūt quo ad dñium seu ꝓprietatē. [Non videt ꝙ eis habere aliqua pfertim ad vite sustentatōem ptinentia fuerit interdictuz] Oppositū est ostensum per hoc ꝙ nō debebāt de crastino cogitare. per hoc em̄ nouit xp̄s oēm superfluitatē nō sollicitudinē q̄ est necessitatis naturalis interdicere aplis:cū ergo dñium etiaz eoꝛ q̄ ptinent ad sustentatōem vite inter superflua dēat estimari. sequit̄ ꝙ xp̄s tale dñiū eoꝛ q̄ sūt necessaria vite aplis interdixit 7 iō nō interdixit eis hīe aliqua quo ad vsuz:ꝑ quo ad dñiū seu ꝓprietatē [qō apparet ex forma vocatōis eoꝛ] Dicūt isti ꝙ rectus sensus scripture loq̄ntis de istis q̄ aplis interdicta fuerūt:nō tantū ex forma vocatiōis aplōz:ꝑ etiā ex alijs locis colligi debet:7 idcirco lz per formā vocatiōis aplōz non posset oīdi ꝙ aplis hīe tpalia quo ad dñium erat interdictū:nō tñ esset ꝓpter ꝑ negandū.sufficit em̄ ad hoc tenēdū qō ex scriptura alibi ostendat̄ [cū em̄ ad discipulatū vocati fuerūt 7c.] Dic etiā insufficienter arguit nō reliquerūt oia quo ad dñium qñ ad discipulatū vocati fuerūt:ergo nō reliquerūt oia ātez anteꝙ ad predicandū mitterent̄. Poterāt em̄ oia relinquere qñ ad apostolatū vocati fuerūt:qō

Quarta ps istius capli declarās textū siue litam.

nōnullis videt ꝓbabile. Tunc em̄ xp̄s formaꝫ viuendi ⁊ regulā eis tradidisse videt. Alij aūt dicūt q̄ apli in vltima vocatōe sua ad discipulatū oia quo ad ꝓprietatē ⁊ dn̄ium reliquerūt ⌊relictis rbetibus cōtinuo secuti sunt eū⌋ vbi dicit glosa. Jncessu pedū: sed magis obedientia ⁊ affectu āplius ad ꝓpria nō reuersuri. Ex qua glosa colligit q̄ ex tunc dn̄ium ⁊ ꝓprietatē oim reliquerūt. ⌊Ex forma aūt vocationum predictarū: nec ex his q̄ ipi fecisse tunc legunt̄: nō apparet q̄ ipi renūciauerūt oibus bonis suis ⌋Esto q̄ boc totū esset verū: tn̄ ex boc nō p̄t cōcludi q̄ nō renūciauerūt oibus bōis suis: cū ex alijs locis scripture boc patēter appareat. verūtamen ex forma vocationū predictarū apparet q̄ ipi tunc renūciauerūt oibus bonis suis. Nā de matthēo dicit. Relictis oibus surgēs secutus est eū. Ex q̄bus verbis apparet q̄ oia tunc reliq̄rit quo ad dn̄ium ⁊ ꝓprietatē: qđ glosa accepta de Ambrosio ibidē sentire videt. Ait enī reliquit ꝓpria qui rapiebat aliena. nec solū lucra vectigaliū reliquit: sed ⁊ periculū ꝓtēnit: qđ poterat euenire a ꝑncipib⁹ seculi: qr̄ōnes vectigaliū incōpositas relinq̄ret. Et quia in nullo prorsus bui⁹ vite respectū vel cogitationē sibi reseruauit dn̄i cor̄ talētor̄ fidelis dispēsator esse meruit. Ex bijs colligit q̄ beat⁹ Matthe⁹ ꝓpria reliquit: sed nō fuit ratio: q̄ magis reliquisset ista ꝓpa: q̄ illa: g̃ omia ꝓpa reliquit. Et ex boc cōcludit q̄ cuꝫ de matthēo dicit: q̄ relict oibus surgēs secutus est eū. Hec verba non debēt intelligi tm̄m̄ō de thelonēo: ⁊ bijs q̄ erant in thelonēo: q̄a illa nō erāt ꝓpria eius: ꝑ erāt ꝓpa cesaris vel alteri⁹ ꝑncipis: cui⁹ erat thelonēū. Debēt ergo ꝙba p̄dicta intelligi: et de thelonēo quo ad congregationē ⁊ cōseruationē: et custodiā ip̄or̄: ac etiā de oibus ꝓprijs quo ad dn̄iuꝫ seu ꝓprietatē relictis secut⁹ est eū. Jterū ꝑm glosam Matthēus in nullo prorsus bui⁹ vite respectū vel cogitationeꝫ sibi reseruauit: g̃ nec alicui⁹ rei dn̄ium sibi reseruauit. Hoc etiā beatus Ambrosius sentire videt. q̄ i quadā homelia ait. Mistica vocatio publicani: quā sequi iubet nō corporis gressu (supple tm̄m̄ō) ꝑ mētis affectu. Jtaq; ille auarus de mercedib⁹ dura de laborib⁹ periculisq; nautarū emolumenta cōuertēs verbo vocat⁹ ꝓpa derelinq̄t: qui rapiebat aliena: ac illud vile sedile destituens toto ⌊post dn̄m vestigio mētis icedit. Ex bijs manifeste colligit q̄ beat⁹ Matthēus: nō solū vectigaliū lucra: q̄ sua nō erāt: ꝑ etiā ꝓpria dereliquit. Cū ergo dicat oia reliquisse: sequit q̄ oi⁹ ꝓpria dereliq̄t: g̃ nihil sibi retinuit: quo ad dn̄iuꝫ seu ꝓprietatē. Ex quo cōcludit: q̄ cū oēs apli eiusdē fuerint ꝓfessionis. oēs apli oēꝫ ꝓprietatē tpaliū reliquerūt. ⌊De petro enīꝫ ⁊ andrea: nō legit q̄ tūc reliquerūt nisi sua rethia. ⌋Dicūt isti q̄ q̄uis ibidē nō fiat mētio explicita: nisi de rethib⁹: tn̄ ex diuersis locis scripture elicit: q̄ tunc: vel quādo ad apostolatuꝫ electi fuerūt: sicut habet Luc. vi. Et xp̄s regulaꝫ: ⁊ formā viuēdi: que habet in isto sermone qui ponit Matth. v. vi. ⁊. vij. exposuit. Omia reliquerūt: quo ad dn̄iuꝫ ⁊ ꝓprietatē ⌊Et tn̄ legit Marci. i. ⁊ Mat. viij. q̄ post p̄dicta ille egrediēs de synagoga venit i domū symonis ⁊ andree: cū Jacobo: ⁊ Johāne. vbi curauit socrū petri de febre. ⌋Dicūt isti q̄ q̄uis post p̄dicta legat Marci. i. ⁊ Matth. viij. q̄ ille egrediēs de synagoga ⁊c. Tamen nec Mar. i. nec Matth. viij. legit q̄ post p̄dicta ille egrediēs de synagoga venit in domū symōis ⁊c. Et iō boc falsuꝫ scripture iponit: q̄a q̄uis Marcus ⁊ Matthēus posteri⁹ narret: q̄ ille ingrediēs de synagoga venit i domū symonis: nō tamē narrāt q̄ boc fuit posterius factū: nec semp ex ordine scripture potest cōcludi ordo rei geste.

Primo dicūt hic impugnatores.

Dicūt g̃ q̄ potuit fieri q̄ xp̄s egrediēs de synagoga veniret in domū symonis ante dictā vocationē Petri ⁊ andree. Tn̄ ⁊ beatus Lucas prius narrat illū ingressū in domū symonis ⁊ andree q̄ narret penultimā vocatōem petri ⁊ andree.

Scōo dicunt.

Aliter dicūt q̄ ille aduentus potuit esse inter dictā vocatōem petri ⁊ andree ⁊ electionē ip̄or̄ ad apostolatū: ⁊ ita si ante electōnē ad apostolatū nō reliquerūt ꝓprietatē oim potuit tunc illa domus esse eor̄ quo ad ꝓprietatē.

Tertio dicunt.

Tertio dicūt q̄ illa domus tūc potuit dici petri ⁊ andree: nō q̄ tunc erat ip̄or̄ quo ad dn̄ium ⁊ ꝓprietatē: sed q̄ aliq̄n fuit eor̄ quo ad dn̄ium ⁊ ꝓprietatē. Sepe em̄ aliqua dicūt esse aliquor̄: nō q̄ tunc sint eor̄ quo ad dn̄iuꝫ ⁊ ꝓprietatē: sed q̄ aliq̄n fuerant ip̄or̄ quo ad dn̄ium seu ꝓprietatē: ⁊ de tali modo loquendi inueniunt exēpla plura in scripturis. patet de bethleē q̄ post mortē dauid adhuc vocabatur ciuitas dauid. Luce. i. ⁊ de syon q̄ tpe machabeor̄ vocabat ciuitas dauid. i. macha. i. ⁊ gladius golyath post mortē eius vocabat gladi⁹ golyath. quia fuerat eius. i. regū. xxi. ⁊ tabernaculū sare: etiā post mortem sare vocabat tabernaculū sare. Ben. xxiij. Sic dom⁹ predcta potuit vocari domus petri ⁊ andree: q̄ fuerat aliq̄n eor̄ quo ad dn̄ium ⁊ ꝓprietatē.

Quarto dicunt

Quarto dicunt q̄ ꝛ dicta domus nō fuisset vnq̄ petri ⁊ andree quo ad dn̄iū: sicut forte nunq̄ fuit q̄ forasseis nōl fuerūt ita diuites q̄ domū ꝓpriam sed solū conductā haberent: tamen potuit dici domus petri ⁊ andree ꝓpter cōsuetudinē

babitandi in ipsa: quẽadmodũ nazareth dicebatur ciuitas marie ⁊ ioseph: q̃ tamẽ non erat ipoꝛ quo ad dominiũ seu pꝛopꝛietatem: sed solum quo ad consuetudinem manendi ibidem. Patet ergo vt isti dicunt q̃ ille impugnatus ex scripturis male intellectis: ⁊ sub multiplicitate vocũ opiniones erroneas cõtra doctrinã sanctoꝛ patrũ conatur inducere. ⌊ De iacobo aũt ⁊ iobanne non legitur q̃ tunc reliquerunt nisi rhetia ⁊ patrẽ: que ꝗdem rhetia videtur fuisse patris (qui viuebat) potius q̃ ipsorum ⌋ Ex boc non potest cõcludi q̃ non reliq̃rint oia quo ad dominiũ seu pꝛopꝛietatẽ: quia q̃ oia reliquerit modo p̃dicto ex alijs scripturis colligitur: ⁊ etiã ex illo loco scripture v detur rationabiliter posse inferri. Si em̃ amoꝛe sequendi xp̃m patrem cui ex lege nature obligati fuerunt quo ad pꝛesentiã coꝛpoꝛalẽ: ⁊ coꝛpoꝛale obsequiũ reliquerunt. Videtur q̃ multofoꝛtius tempoꝛaliũ rerũ pꝛopꝛietatẽ ⁊ dominiũ reliquerunt vel relinquere parati fuerunt. Ex quo colligit̃ q̃ saltẽ q̃n xp̃s de contemptu mundi ⁊ sollicitudine tempoꝛaliũ abijcienda in monte eis explicite pꝛedicauit: oia quo ad dominiũ ⁊ ꝓpꝛietatẽ reliquerũt: si pꝛius nuncupe reliquerũt ⌊ De philippo aũt minime legit̃ q̃ tunc reliq̃rit aliquid ⌋ q̃uis tunc nõ legatur explicite: q̃ philipus reliq̃rit aliq̃d. Ex boc tamen nõ sequitur q̃ nibil reliquit ⁊ maxime nõ sequit̃ q̃ nec tunc nec q̃n fuit ad apostolatum assumptus: nibil reliquit ⌊ statiꝫ sequit̃ postq̃ dictũ est q̃ reliquit oia ⁊ secutus est eũ q̃ fecit sibi leui. i. matthеus magnũ cõuiuiũ in domo sua: g̃ꝫ p istã gñalitatẽ nõ desierat dom⁹ eẽ sua ⌋

Prio dicunt ipugnatoꝛes.

Dicũt q̃ nõ sequit̃ q̃n desierit ista dom⁹ eẽ sua quo ad ꝓpꝛietatẽ: lz quo ad appellatõez ñ desierit eẽ sua: q̃ postea vocabat̃ dom⁹ sua.

Scõo dicũt

Aliter dicũt q̃ illud cõuiuiũ fuit factũ in domo matthei ante vocatõem de qua pꝛius fuit mentio facta: licet narretur posterius.

Tertio dicunt.

Tertio dicunt aliqui q̃ tunc matthеus non reliquerat oĩa quo ad dñiuꝫ seu ꝓpꝛietatẽ: sed q̃n fuit ad apostolatũ assumptus: ⁊ regulã viuendi a xp̃o accepit audiendo scz sermonẽ christi in monte: oia quo ad ꝓpꝛietatem seu dominiũ dereliq̃t. Unde dicunt q̃ istum pꝛocessum circa apostolos xp̃s seruauit. Primo vocauit eos vltimate: ⁊ tunc non reliquerant oia quo ad dominium seu pꝛopꝛietatem: qꝛ an illa esset voluntas xp̃i nesciebant: sed tunc parati erant xp̃o pfecte ⁊ in oĩbus obedire: ⁊ quã formã viuẽdi eis vellet tradere obseruare. postea ducẽs eos in montẽ duodeci ad apostolatũ assumpsit: ⁊ eis regulam ⁊ formã viuendi quã eos voluit seruare exposuit: in qua interdicendo eis tbesaurizatõez ⁊ pꝛetõez in iudicio: ⁊ oẽz sollicitudinẽ supfluã insinuauit apte q̃ olim tpaliũ abdicarẽt dnũ. Q̃ ⁊ ipos tũc fecisse q̃uis nõ legat explicite ẽ credẽdũ: qꝛ alit̃ nõ fuissent ad apl̃atũ ydonei: eo q̃ non fuissent parati in omnib⁹ volũtati xp̃i parere. Postmodũ vero ipos ad apostolatũ pꝛobatos ad p̃dicãdũ trãsmisit: et tunc eis quasdam speciales circũstantias circa abdicationem pꝛopꝛietatis oĩm rerum iniunxit: sicut inferius ostendetur. Ca. xcix.

Cap. XCIX Prima ps istius capli recitat aliã ptez dicte constitutiõis.

Reterea cũ ille mi

p sit duodecim quos ⁊ apl̃os vocauerat: legimus eis interdixisse aliqua: videlicet vt non possiderent aurũ neq̃ argentũ neq̃ es in zonis suis: ⁊ alia nõnulla. Ex quibus patet q̃ ãte missionez illa ipis interdicta non erant: alꝫ frustra in missione fuissent eis talia interdicta: vt patz Matthei. x. Marci vi. ⁊ Luce. ix. Eodẽ modo. lxx. discipulis dum eos misit aliqua interdixit: vt ptz Luce. x. Ex quo seq̃tur q̃ ãte illa ipis nõ fuerãt interdicta.

Scda ps istiꝰ capituli explicat pcedentem textuꝫ

Hic ponit secundam

rationẽ ad ꝓbandũ q̃ apostolis anteq̃ ad pꝛedicandũ mitterẽtur: nulla tempoꝛalia interdicta fuerunt: qꝛ quando eos ad pꝛedicandũ misit aliqua interdixit scz q̃ nõ possiderent aurũ ⁊c. ergo antea ipsis minime talia interdixit: ⁊ p cõsequens ante ipis licuit talia quo ad dominiũ possidere: ⁊ ita antea non oĩa quo ad dominiũ reliquerunt.

Tertia ps istius capituli impugnat pdicta

Sed isti impugnatoꝛes dicunt istã rationẽ oĩ coloꝛe carere. Ad cuius euidentiã dicunt esse sciendũ q̃ licet sub generali speciale ꝓtinere noscatur. Interdicto tamen aliquo generaliter nõ frustra postea interdicitur specialiter: quẽadmodũ aliq̃d generaliter imperatũ: nõ frustra postea specialiter iniungitur: quia teste Innocẽtio tertio vt babetur ex de bere. c. si aduersus. Plus timeri solet q̃ specialiter iniungit̃ q̃ q̃ generaliter iperatur. ⁊ i hoc cõcoꝛdat cõcilio toletano: q̃ vt habetur disti. xxiij. c. Q̃ q̃ ait. Solet em̃ plus timeri q̃ singulariter pollicetur: q̃ q̃ generali sponsione cõcluditur. Ubi glosa notat mꝫ ta specialia plus valere q̃ generalia: sicut pl⁹ valet specialis cautio q̃ generalis: ⁊ plus valet spãlis confirmatio q̃ generalis: ⁊ plus specialis appellatio q̃ generalis: ⁊ silr spãlis delegatio q̃ generalis: ⁊ spãlis subscriptio q̃ generalis: ⁊ plus valet spãle mãdatũ q̃ generale. Ex bis dicunt isti aperte patere q̃ ratio p̃dicta apparentia est nudata: quia non sequit̃ Christus quando misit apostolos ad pꝛedicãdũ eis ne aurũ vel argentum aut pecuniã pos-

siderent quo ad dominū specialiter interdixit: ergo prius ne possiderent q̄cunq; temporalia quo ad dominiū generaliter nequaq̄ inuixit: cū sepe plus valeat mādatū speciale q̄ generale. Jtē apparet ex scriptura idē preceptū nō iuuriliter replicari: qđ diuersis modis contingit. Quandoq; em̄ idem preceptus sub eadē forma in diuersis locis replicatur. Ūn̄ et precepta decalogi exodi. xx. c. describunt. q̄ tn̄ Deuteron̄. v. c. replicant. Ūn̄q; vero non sub eadem forma idē preceptū penitus replicatur Ūn̄ Matth̄. v. Ponit preceptū de dilectōne proximi inquantū iubent oēs inimicos diligere: et tamen x̄ps in cena dixit apl̄is. Mandatum nouū do vobis vt diligatis inuicē. Ex diuersis ergo causis precepta sepius replicātur et ea que primo generaliter imperātur: postea spāliter iniungunt: et ita fuit de christo et apostolis. Primo em̄ cum x̄ps in monte explicite interdixit apl̄is repetitōem temporaliū: et contentionem p̄ eisdem in iudicio: ac oēm thesaurizatōem in terra: p̄ eo q̄ in terra erugo et tinea demolitur: et fures effodiunt et furantur et etiam oēm sollicitudinē circa temporalia superfluam: tunc eisdem generaliter interdixit possessionē auri argenti et pecunie quo ad dominiū et p̄prietatē. q̄n̄ misit eos ad predicandū possessionē hm̄oi specialiter interdixit: iungens ip̄is nihilominus ne talia etiā portare absq; dominio et p̄prietate p̄sumerent: sicut ex Marci. vi. et Luce. ix. colligitur euidēter. Cū aūt dixit de. lxx. discipulis patet q̄ non concludit: quia per hoc non probatur q̄ ante dictam missionē ip̄is non fuerūt aliqua interdicta: ß tamē an eis fuerint aliqua interdicta non est ad p̄sens inquirendū. ⌊Cum ille misit duodecim quos et apostolos vocauerat⌋ Hic aperte insinuat q̄ x̄ps predictos duodecim ante fecerat apl̄os q̄ eos ad predicandus transmitteret: cui⁹ cōtrariū asseret postea manifeste: et ita sibi ip̄i contradicit apte⌊Legim⁹ eis interdixisse aliqua⌋spāliter que prius interdixerat generaliter⌊videlz vt nō possiderent aurū etc.⌋De his in sermone in mōte q̄n̄ x̄pus apl̄is p̄prietatem talium generaliter interdixit: non fiebat mentio spālis⌊Ex quibus p̄z q̄ ante missionē istam eis interdicta nō erāt⌋ Male arguit: ac si argueret. Deus precepit filijs israel vt legit Exodi. xx. Non occides: non mechaberis: nō furtū facies. ergo hec eis p̄ius precepta nō erant. Constat em̄ q̄ in lege nature ante legē mosayc̄ hec erāt precepta. moyses etiā in deuter. hec eadē precepta: imo fere oīa alia precepta contēta in exodo leuitico et numeris replicauit: q; teste Hieronimo in prologo biblie Deuteronomiū sic ea habet q̄ prioza sunt: vt tn̄ noua sint oīa de veteribus. Et tamē hec āte libz̄ deuter. precepta fuerūt⌊Alis frustra in missione fuissent eis talia interdicta.⌋ Ex precedentibus p̄z hanc esse falsam. Ūn̄ nō frustra fuerūt eis in missione talia spāliter interdicta: q; iuncta spāliter plus mouēt et cordi fortius imprimuntur: et prioza generalia aptius explicant: et nōnunq̄ bonū obediētie augetur. multe alie etiā cause possent assignari: quare eadē sepius replicant: et q̄ generalit fuerant imperata specialiter iniunguntur.⌊Eo dē modo. lxx. discipulis⌋melius dixisset. lxvij.⌊dū eos misit aliqua interdixit⌋hoc verū est.⌊Ex quo sequit q̄ ante illa ip̄is nō fuerant interdicta⌋siue qđ hic infert fuerit verū siue falsum: argumentū suū nō valet: q; sicut ostēsum est talis cōsequētia nō valet. Talia fuerāt ab eis interdicta q̄n̄ missi fuerūt: ergo prius non fuerūt eis interdicta: quia ex tali affirmatiua negatiua infertur sophistice. Capl̄m. c.

Ex discipulis aūt d cōstat q̄ habuerūt aliqui multa de Joseph ab arimathia. legit Johis xix. q̄ erat discip̄lus ie[illegible]u. Matthei aūt. xxvij. dicit q̄ erat diues hō: et discipulus ie[illegible]u. Jterū constat q̄ symō leprosus erat de discipulis ie[illegible]u: et tn̄ legitur Matth̄. xxvi. q̄ ille erat in bethania in domo eius. Jtem lazarus martha et maria magdalena q̄ erant eius discipuli erāt multa bona babētes. deide legit de eis Joh. xi. q̄ castrū dcm̄ bethania erat marie magdalene et marthe: et qđ in bethania fecerūt ei cenā magnā in qua martha ministrabat. Lazarus aūt erat vnus ex discūbentibus cū eo. maria vero accepta libra vnguēti nardi pistici pretiosi vnxit pedes ie[illegible]u: et extersit capillis suis pedes eius. De tabitha quoq; q̄ interp̄etatur dorcas quā petrus suscitauit a mortuis. legit Actuū. ix. q̄ erat discipula et plena op̄ibus bonis et elemosinis q̄s faciebat: et q̄ oēs vidue flentes ostenderūt petro tunicas et vestes q̄s faciebat eis dorcas. Ex q̄bus p̄z q̄ et ista non obstante discipulatu talia habebat de q̄bus faciebat elemosynas p̄dictas: nec repimus q̄ dn̄s nr̄ aliā legem viuēdi discipulis dederit: et aliā apl̄is suis: imo btūs clemēs i quadā epla sua cui⁹ pars recitat. xij. q. i. c. Dilectissimis. et p̄esse supponit q̄ eadē erat apl̄oꝝ et discipl̄oꝝ vita dicēs: cōis vita oīb⁹ ē necessaria: et marie his q̄ vitā apl̄oꝝ eoꝝq; discipl̄oꝝ imitari volūt

Hic ponit tertiā rationē ad ostendendū q̄ apl̄is antec̄ ad predican

Quarta p̄te istius capli ponit expositio seu resp̄sio litteralis

Cap̄. C Prima p̄s istius capli recitat aliā p̄tez cōstitutiōis qua nititur p̄bare aliquos de discipulis ie[illegible]u tp̄alia possedisse.

Scōa p̄s istius capli declarans rectū cōstitutiōis

dū mitterent: nulla tpalia interdicta fuerunt Est aūt ratio talis. Xp̄s nō dedit aliā legē viuēdi aplīs ⁊ alijs discipulis. hanc ꝓbat auctoritate clemētis q̄ ponit. xij. q. i. c. Dilectissimis q̄ supponit q̄ eadē fuit vita apl̄oꝝ ⁊ discipulorū: sed alijs discipulis hīe tpalia fuit mīme interdictū: qz tpalia habuerūt p̄m q̄ ꝓbat per quattuor exēpla: quoꝝ p̄mū est de Joseph ab arimathia. scōm de symone leproso. tertiū de lazaro: martha: ⁊ maria magdalena. quartum de dorca. ergo ⁊c. Circa istā rationē p̄mo ponit minorē cū declaratōe sua. scōo ibi. Nec reperimus. Ponit maiorem cū sua probatione.

Tertia ps impugnās textuz

Sed isti ipugnatores hic duabus vijs p̄incipaliter iprobare nituntur. Primo cm̄ ostēdūt q̄ lz ista ratio sit īducta ad ꝓbādū q̄ aplīs an teq̄ mitterent ad predicandū nō fuerūt aliq̄ tpalia interdicta: tn̄ ipa eque cōcludit q̄ nūq̄ vel saltē nō post reuersionē de predicatōe fuit eis hīe q̄cunq̄ tpalia in spāli: quo ad dn̄ium ⁊ ꝓprietatē interdictū a xp̄o. Scōo ꝓbare conant q̄ errorē cōtinet manifestū cū accipit q̄ nō reperitur xp̄s dedisse aliā legē viuēdi aplīs ⁊ alijs discipulis. Ad intelligentiā aūt dicendoꝝ p̄mittūt q̄ ipe hic accipit generalit nomē discipuli ꝓ oībus xp̄ianis: ⁊ inter istos et illos discipulos xp̄i nō distinguēs. Nā sub noīe discipli cōprehēdit diuites ⁊ pauperes: viros mulieres: sicut exēpla sua testantur apte: ⁊ ita vocat ibi discipulos oēs xp̄ianos. Ex isto dicunt isti p̄mū ꝓbandū apte patere. Naz iste sub eadē lege viuēdi cōstituit aplos ⁊ alios discipulos q̄ post reuersionē eoꝝ de predicatiōe conuersi fuerūt: ⁊ qn̄ alij discipuli ꝓpria possidebant. Nā ipe cōstituit sub eadē lege viuēdi aplos ⁊ ioseph ab arimathia qn̄ legit fuisse diues: ⁊ nobilis decurio ⁊ dorcā qn̄ elemosinas faciebat: volens ꝓbare q̄ aplīs tpalia possidere minime extitit interdictuz: ꝓ hoc q̄ p̄dicti tpalia possidebāt: sed p̄dicti scz Joseph ⁊ dorcas: ⁊ similit symon leprosus ⁊ lazarus ⁊ martha ⁊ magdalena tpalia possederunt postq̄ apostoli de p̄dicatōe reuersi fuerūt: ergo ꝑz istū tpalia possidere postq̄ apli de p̄dicatōe reuersi fuerūt eis nullaten⁹ extitit interdictū: qō eē erroneū isti ipugnatores in seq̄ntib⁹ ostēdere conabunt. Scōo dicunt ipm̄ dogmatizare errorē aptū: cū asserit xp̄m nō aliā legē viuēdi dedisse aplīs q̄ alijs discipulis p̄alios discipulos intelligens oēs xp̄ianos ⁊ spāliter Joseph ab arimathia: ⁊ dorcā ⁊ symonez leprosum: ac lazarū ⁊ sorores eius. Hoc aūt ostēdunt esse erroneū. Primo sic. Christus p̄cepit aplīs nō possidere aurū: neq̄ argentū: neq̄ pecuniā: et nō portare calciamenta: ac etiā non hīe duas

Die dicūt ipugnatores impugnatū dogmatizare errorem apertum.

Prima ratio

tunicas: sed talia nō precepit oībus alijs discipulis: ⁊ spāliter nō precepit ista predictis Joseph ⁊ alijs. ergo aliā legē viuēdi dedit aplīs q̄ nōnullis alijs discipulis. Scōo sic xp̄us nō latiorē legē viuēdi tradidit aplīs: etiā post reuersionē de predicatōe q̄ suasit illi: cui dixit Si vis pfectus esse vade vēde oia q̄ habes ⁊c. Sed illi suasit strictiorē legē viuendi: preserti quo ad pauperatē q̄ imposuerit Joseph ab arimathia ⁊ alijs discipulis supradictis strictiorē. ergo legē viuēdi tradidit xp̄s aplīs q̄ alijs multis discipulis suis. Minor ē euidēs: ⁊ posset etiaz p ista q̄ ille allegat de Joseph ⁊ alijs prenoiatis patēter oñdi. Iste maior etiā videtur clara: qz tunc apli fuerūt primi fundatores militantis ecclie post xp̄z: ergo nō debuerūt latius viuere q̄ ille: cui dixit xp̄s. Si vis pfect⁹ esse ⁊c. si cōuersus fuisset ad xp̄m. Tertio sic arguūt. Christus imposuit aplīs cōtinētiaz a carnali cōcubitu: qō satis innuit Matt. xix. cū dicit xp̄s. Sūt eunuchi q̄ castrauerūt seipsos ꝓpter regnū celoꝝ: q̄ p̄t cape capiat. vbi dicit Hieronim⁹. Dn̄i vox est milites suos ad pudicicie premiū cōcitantis: quasi dicēs: q̄ potest pugnare pugnet: ⁊ superet ac triumphet. Ex q̄bus verbis habet q̄ xp̄s cōtinentiā suadebat: ⁊ p cōsequēs ipam maxime aplīs tradidit obseruandā: sed cōtinentiā alijs supranoiatis: nec etiā oībus xp̄ianis nō imposuit. Ergo aliā legē viuēdi tradidit xp̄us aplīs q̄ multis alijs discipulis. Ad illa vero q̄ iste ꝓ sua assertione adducit sup l'ram rndebit. ⌊De discipulis aūt cōstat q̄ habuerūt aliqui multa⌋ dicunt isti q̄ in triplici differētia fuerūt discipuli. q̄dam em̄ erant apli: q̄dam vero p̄ter aplos ad predicādū fidē xp̄i fuerūt a xp̄o spāliter deputati. de q̄b⁹ habet Luce. x. c. Tertij erāt simpliciter q̄uersi ad fidem: sed offm̄ p̄dicatōis a xp̄o minime suscepērūt. Primi ⁊ scōi nō habebant tpalia quo ad dn̄ium ⁊ ꝓprietatē: ꝑ tertij poterant hīe q̄cunq̄ tpalia quo ad dn̄ium ⁊ ꝓprietatē: q̄ tn̄ retinere minime artabant: ꝑ ad suū libitū relinq̄re poterāt ꝓpt deū: ⁊ de istis tertijs multi habebāt multa. Inter istos vero fuerūt illi quos iste enumerat: saltem illo tpe quo fit de eis mentio in euangelio: ⁊ iō exēpla illa in nullo concludūt intentū istius ⌊De Joseph ⁊c⌋ Ista vera sunt de eo: quia ante mortē xp̄i predicatōis officiuz nequaq̄ susceperat ⌊Castrū dictū bethania erat marie magdalene ⁊ marthe⌋ q̄ fuerit earū quo ad dn̄ium ⁊ ꝓprietatem euangelista non exprimit: nec tamen negat: sed siue fuerit earum quo ad dominium ⁊ ꝓprietatem: siue fuerit earum quo ad originē vl mānionē: quēadmodū bethsaida.

Scōa ratio.

Tertia ratio.

Quarta ps istius capli notat textū ⁊ soluens rationes eius.

Hic oñdit q̄ in triplici differētia fuerunt discipuli iesu.

Jobis primo dicit ciuitas andree ⁊ petri. istō exēplū nō est ad ꝓpositum: qz maria ⁊ martha non erant tunc de annūciantibus publice ex officio sibi cōmisso a xp̄o euangelicā veritatē. ⌊De tabitha quoq; que iterpretat dorcas.⌋ Ex isto exemplo patet: q̄ ille intēdit q̄ apli etiam post missionē spūs scti: saltē post recessuz eorū a multitudine credentiū conuersoz ex iudeis nō dimiserūt ꝓprietatē tpaliū: ꝙa ista dorcas tēpore illo fuit: ⁊ illo tēpore elemosynas faciebat: qđ isti postea ip̄robabūt. ⌊Jsta discipula tu nō obstante tpalia habebat.⌋ Jsta bene poterat habere tpalia: qz votū nō emiserat paupertatis: sicut apli. ⌊Nec reperim? ⁊c.⌋ Jstud dicūt erroneū: sicut ostēsuz est supra. Et si q̄ras quādo dedit eis aliā legē. dicūt: q̄ Jlłatth.x. ⁊ Jlłar.vi. ⁊ Lu.ix. ⁊ etiā Jlłatth.v.vi. ⁊ vij. de quo postea dissereł. ⌊Eadē erat apl̄oz: ⁊ discipuloz vita.⌋ Concedūt aliqui: q̄ eadē erat vita apl̄oz ⁊ aliquoz discipuloz. ſ. septuaginta duoz: ⁊ forte quoruūdā alioz: q̄ eoz vitā imitari volebāt: ꝑ nō erat eadē vita apl̄oz: ⁊ oīm discipuloz xp̄i. ⌊Qui vitā apl̄oz eorūq; discipuloz imitari volūt.⌋ Potest dici q̄ beat? Clemēs per discipulos nō intelligit oēs xp̄ianos: sed quosdā qui specialiter vitā apl̄oz imitati fuerūt. Et ex isto plane patet: q̄ nō eandē legē viuēdi seruabāt apli: ⁊ oēs alij xp̄iani. ꝙa ex verbis p̄dictis Clemētis euidēter colligit q̄ apli vitā cōem semel acceptā nunq̄ postea dimiserūt. ⁊ tamē multi xp̄iani nō seruabāt: tē pore beati Clemētis vitā cōem: ꝑ aliā legē viuēdi tenuerāt apli: ⁊ multi alij xp̄iani. La.ci.

Questio. Responsio.

Cap. CI In prima parte istius capituli aliā recitat cōstitutionis particulam

Tez nec cū ipsos

i apl̄os ex discipl̄is fecit: videł eis in dixisse aliā vitā q̄ prius habuerāt: ꝑ ptātez eis aliquā tribuisse. Unde cū eos apl̄os ordinauit legit Jlłatth.x. sic dixisse. Et cōuocatis duodecim apostolis suis dedit illis ptātem spirituū immūdoz: vt deijcerēt eos: ⁊ curarēt omnē languorem ⁊ omnē infirmitatem.

Secda ps istius capituli explicat p̄cedentem textuz

Hic ponit quartaz ra:

tionē pro assertione p̄dicta: que potest sic formari. Chr̄istus nō indixit apostolis aliā vitaz quando fecit eos apl̄os: q̄ prius habuerāt: sed anteq̄ essent apostoli nō dimiserūt omia tpalia: ergo nec quādo fuerit ad apostolatū assumpti omia tēporalia reliquerūt. ⁊ per ꝓsequens anteq̄ ad predicandū mitterētur nequaq̄ oia tēporalia dimiserūt. Sed isti impugnatores predicta reputāt insufficiēt dicta. Primo qz ex scripture testimonijs mīme probat q̄ chr̄istus cū ex discipulis fecit apostolos: ip̄is vitā

Tertia ps huius capituli cōtra impugnatum tria probat.

aliā nō indixit. Secdo ꝙa insinuat: q̄ tunc xp̄s eos apostolos ordinauit: quando misit eos ad p̄dicandū: ꝙa dicit q̄ Jlłatth.x. legit de eoruz ordinatione. Totū autē illud capl̄m videt loqui de missione apl̄oz ad predicandū: ⁊ de informatōe eoz de actione officij predicatōis iuncti. Et si dicat q̄ quāuis in eodē capl̄o simł leganť dicta ordinatio apl̄oz ⁊ missio ad predicādū: tñ prius ordinauit eos apl̄os: ⁊ postea ad p̄dicandū misit. Eadē facilitate dicet sibi q̄ si illud capl̄z. Jlłat.x. rememoratur ordinatione apl̄oz. Ex hoc cōcludi nō pōt q̄ eis vitā aliam nō indixit: sepe em̄ aliq̄s rememorat aliq̄d factū succincte: nō oia illud factū ꝓtingentia explicādo. Dicūt igit q̄. Jlłatt.x. nō loquitur de ordinatōe apl̄oz: cū de ordinatōe ip̄oz nulla penitus mētio fiat ibidē. vñ dicit ibi sic. Cōuocatis duodecī discipulis suis dedit illis potestatē spūum immundoz: vt ejcerent eos et curarēt oēm languorē ⁊ oēm infirmitatē. Duodecim aūt apl̄oz noia sunt hec. Prim? Symon ⁊c. Et post expressionē noim apl̄oz sequit immediate Hos duodecī misit sic precipiēs eis ⁊c. Jn his aūt verbis de ordinatōe apl̄oz nulla fit mētio: sed magis cū dicit in ꝓncipio. Cōuocatis duodecī discipulis suis eos quasi antonomatice discipulos appellando: supponit eos fuisse prius apl̄os ordinatos: ⁊ qz matthe? noia ip̄oz apl̄oz antea nequaq̄ expressērat: iō supponēs eos fuisse iā apl̄os ordinatos: nomina eoz explicat dicēs. Duodecī aūt apl̄oz nomina sunt hec ⁊c. Non igit eos vt videt tunc apl̄os ordinauit: sed eos iam ordinatos apl̄os tunc ad predicandū transmisit. Un̄ videtur q̄ ante sermonē quē fecit xp̄s in mōte: de quo habet Jlłat.v.vi.⁊.vij. ip̄os apl̄os ordinauit: qđ ex euāgelio Luce q̄ magis explicite ordinationē ip̄oz ꝓsequit colligit vt videt apte. Nam sicut patet Luce.vi. xp̄s ip̄os ordinauit apl̄os anteq̄ sermonē faceret: q̄ in eodē capl̄o recitatur. Jbi em̄ sic legit. Factū est aūt in illis diebus. Exijt in montē orare ⁊ erat pnoctans in oratione dei: ⁊ cū dies factus esset vocauit discipulos suos ⁊ elegit duodecī ex ip̄is quos et apl̄os noiauit: Symonē quē cognominauit petrū ⁊c. ⁊ sequit. Et descendēs cū istis steterit in loco campestri: ⁊ turba discipuloum eius et multitudo copiosa plebis ⁊c. Et post. Et ip̄se eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati paupes q: vestrum est regnum dei ⁊c. Ex his verbis colligitur euidēter q̄ ip̄os ordinauit apl̄os anteq̄ faceret predictū sermonez ad turbas: sed sermo q̄ recitat Jlłatth.v.vi.⁊ vij. vel fuit idē cū sermōe q̄ recitatur Luce.vi.c. vel precessit illū eadem die. sequebat tñ ordi

Obiectio.

Responsio.

natōem aplox:qō glosa Mat.v.testat sic dicēs. Huic rei cōsentit Lucas ita dicēs. factū est aūt in illis diebus Exijt in mōtem orare: ⁊ erat pernoctās in oone dei:⁊ cuz dies factus esset vocauit discipulos suos ⁊ elegit duodecī ex ipis:quos ⁊ aplos noiauit:sed Lucas dicit post descensū de mōte i loco cāpestri eūdē sermonē turbis pdicasse stādo:quē Matthe⁹ dic habitū discipulis i mōte sedēdo: potuit em̄ eē vt in monte duodecim eligeret:qō Matthe⁹ tacet.Lucas dicit.⁊ electis sermonē illū tunc haberet qō Matthe⁹ dicit.Lucas preterit.⁊ postq̄ descēdit alterū sermonē illi similē turbis faceret:de quo Matthe⁹ tacet.Lucas dicit.Vel potuit dn̄s primo esse cū solis discipulis in eminētia mōtis qn̄ ex eis duodecī elegit Deinde cū eis descendisse in aliquā equalitatē:q̄ tn̄ in mōte esset:⁊ multas capere turbas posset:⁊ ibi stetisse donec turbe cōgregarētur ⁊ post cuz sedisset discipulis ppius venisse:⁊ ita illis ⁊ ceteris vnū sermonē babuisse: quez dicūt Matthe⁹ ⁊ Lucas diuerso narrādi mō: sed eadē veritate rerū.Ex bis verbis datur intelligi q̄ siue fuerit idē sermo siue alius:ordiatio aplox precessit vtrūq:⁊ ita fuerūt ordinati apli ante sermonē q̄ ponit Mat.v.vi.⁊.vij. qō etiā alia glosa Mat.v.sup illud accesserūt ad eū discipuli eius:asserit manifeste dicens. Quos ibi ꝓstituit duodecī.Itē alia glosa idē ait.Aplos ꝑeminētius abducit vt a mōte prius mōtes suscipiāt pacē pplo.Ex bis patet q̄ apli ordinati fuerūt ante sermonē q̄ recitatur Mat.v.vi.⁊.vij.eadē tn̄ die.Sed fortе dicet aliq̄s q̄ tunc Matthe⁹ nō fuit aplus:qz ipse postea fuit electus:sicut ptz Mat.viij.Ad hoc rn̄det glosa sup illud Mat.viij.Elidit boiem sedentē in theloneo dicēs. Hinc ꝓbabilius videtur q̄ p̄missa memorat cū duodecī elegerit ante sermonē:lz ergo vocatio matthei post sermonē istū narret:tn̄ i re ꝑcessit sermonē eūdē. Nec cū ipos aplos ex discipl̄is fecit videtur eis indixisse aliā vitam q̄ prius habuerāt Dicūt isti q̄ vel tūc vel ante aliā vitā eis indixit: sicut ex p̄cedētib⁹ colligit manifeste sed ptā tē eis aliquā tribuisse nō legit q̄ saluator ātedederit p̄ceptū aplis miracula faciēdi q̄ indixit eis aliā vitā:nec iuenit explicitū in euāgelio q̄ tūc qn̄ xps ordinauit aplos ipis dederit ptātē miracula faciēdi:qz q̄uis Mat.ci.sic legit.Et fecit vt eēnt duodecī cū illo:⁊ vt mitteret eos predicare:⁊ dedit illis ptātē curādi infirmos ⁊ eijciēdi demonia:tn̄ ibi minime explicat q̄ qn̄ elegit eos in aplos ipis pdictam cōtulit ptātez:⁊ tn̄ potuit esse q̄ qn̄ ordinauit eos aplos: ⁊ vt eis aliā vitam indiceret ⁊ ptātē tribueret miracula faciendi cū eos aplos ordinauit legit Mat.x.sic dixisse Hic dicūt istū duplicit deficere. Prio q̄a Mat.x.de ordinatōe aplox nulla fit mētio.scō q̄ errat alserēs xp̄m dixisse verba q̄ sequunt.s.⁊ cōuocatis duodecī discipulis suis⁊c. Illa em̄ nō fuerunt verba xp̄i:sed matthei euāgeliste Dedit illis ptātē spūum imundox q̄uis tunc dederit tamē potuit esse q̄ pus dedisset.vn̄ ⁊ Marci tā ij.q̄.vi. Narrat q̄ dedit illis talem potestatē: vt deijcerēt rextus bz vt eijcerent. La.cij.

Obiectio

Responsio.

Quarta pte istī⁹ capl̄i ponit expositio seu resp̄sio litteralis

Cap̄ CII In p̄ma pte istī⁹ capl̄i recitat alia ꝺstitutionis parti culam.

Jvero cōsiderēt

s tps quo missi fuerūt ad p̄dicādū videt p illo tpe q̄ aliq̄ fuerint eis habere interdicta.Legit em̄ Mat.x.q̄ istos duodecim aplos misit p̄cipiēs eis dicēs. Nolite possidere aurū neq̄ argētū neq̄ pecuniā i zonis vestris:nō perā in via:neq̄ duas tunicas neq̄ calciamēta:neq̄ virgā. Marci vero.vi. legit sic dixisse.Et vocauit duodecim ⁊ cepit eos mittere binos:⁊ p̄cepit eis ne q̄d tolleret in via nisi virgā tm̄:nō perā:nō panē:neq̄ i zona es:ꝫ calciatos sandalijs ⁊ ne iduerent duabus tunicis.Luce vo.ix.legit sic dixisse. Misit illos.s.duodecī aplos p̄dicare regnū dei et sanare infirmos:⁊ ait ad illos. Nihil tuleritis i via neq̄ virgā:neq̄ perā:neq̄ panē:neq̄ pecuniā:neq̄ duas tunicas habeatis.Ex q̄bus verbis videt q̄ p tpe vie predicte tantuz p̄dicta eis fuerit interdicta.Augustin⁹ tn̄ dicit exp̄sse libro de ꝯcordia euāgelistarū q̄illud nō fuit preceptū ꝫ ptās data recipiēdi necessaria ab eis q̄bus euāgeliuz p̄dicabant:quam seruare aplis licuit vel etiā nō seruare:alꝫ autē aplus paulus trāsgresso: p̄cepti sui⁹ extitisset:qz plerūq; ab illis q̄bus p̄dicabat nō recipiebat necessaria:ꝫ illa vl̄ recipiebat ab alijs vel ea suis manibus acq̄rebat:sicut pz p̄me ad cozīth.ix. ad phīl.iiij.ad thessal.iij.⁊ actuū.xx. vbi dicit Argentū aūt ⁊ aurū aut vestē nullius cōcupiui:sicut ipi scitis qn̄ ad ea q̄ mihi opus erant ⁊ bis q̄ mecū sunt ministrauerunt manus iste. Preterea q̄ illud preceptū fuerit tpale satis innuit Luce.xxij.vbi dn̄s aplis dixit.Qn̄ misi vos sine pera⁊ sacculo:numq̄d alic̄q̄d defuit vobis.Et p̄terea discipulis.lxxij.qn̄ misit eos dixit. Nolite portare sacculū in quo pecunia cōsueuit portari:neq̄ perā in qua cōsueuerūt alimenta portari:neq̄ calciamēta:⁊ tamen de illis certū est q̄ multi ex discipulis erant multa habentes:vt patet ex predictis.

Postquā in parte pre

Scōa p̄s istī⁹ capituli i qua declarat tertiū p̄dictū.

cedēti iste rn̄dit ad q̄stionē ꝓpositā de aplis

iuxta primū membrū scde distinctiōis. Dic respondet ad ea3 iuxta 2m membrū distinctiōis eiusdē. ostendēs pmo q apostolis pro tpe quo ad predicandū mittebant. aliqua tpalia interdicta fuerūt. Quod tribus auctoritatib⁹ probat. Scdo ibi Ex quib⁹ videt: pcludit q talia eis interdicta nō fuerūt: nisi p tpe vie pdcē tm modo. Tertio ibi Augustin⁹ respondet: q Augustin⁹ vult: q illud nō fuit pceptū apostolis. Quarto ibi. Preterea q illud. pbat: q illud fuit tēporale preceptu3. i. pro tēpore vie pdicte tm modo: qō pmo probat auctoritate xpi. Scdo ibi Preterea discipulis. lxx. Probat idē per sile de. lxx. discipulis: quib⁹ erat datū a xpo preceptū cōsimile: t tm respectu eor fuit pceptū tēporale: g t respectu aplor pceptū extitit tēporale. Sed ifti ipugnatores dicūt: q in verbis pmissis quadruplicit errat. Primo cū dicit pceptū de nō possidēdo aurū tc. fuisse tēporale pro tpe vie pdicte tm modo. Scdo cū ponit brō Augustino: q dicit illud nō fuisse preceptum. Tertio cum dicit q preceptū datū. lxx. de non portādo sacculū: t aliis nō portādis fuit tpale Quarto cu3 asserit aliquos de illis multa habuisse: quo ad dm̄ium t ppietatē. Ad primu3 sit erroneu3 reputandū: multiplicit pbare conātur. Primo sic: qui pfectione3 aliquā pro oi tēpore pfitet: pro oi tēpore ad eandē pfectionem nosc̄it obligatus. sed beat⁹ Petrus: t ea de3 ratione alij aplī pauptate3: que est carētia auri t argēti: t aliarū diuitiarū pfitebātur p omi tēpore: g ad talē pfectionē remāsit omi tēpore obligatus. Ex quo sequit q illud dn̄i preceptū. Nolite possidere aurū tc. Nō extitit tēporale obligans solūmodo pro via predicta. Ad maiorē est manifesta. minor evident ostendit per beatū Augustinū qui in libro de mirabilibus sacre scripture ait. in excusatiōe elemosine t pauptatis pfessione: Petrus paralitico dixit. Surge t ambula: illud magistri pceptū seruās: Nolite possidere aurū neq argētū. Ex bijs vbis evident colligit: q Petrus pfessus fuerat pauptatē: et q tunc pdictū dn̄i pceptū seruabat: g illud preceptū nō extitit tpale modo pdicto. Scdo sic. Preceptū negatiuū nullū temp⁹ specificās obligat pro omi tpe quo illud expetit obseruari. Sed pdictū pceptu3 est negatiuū: nullū temp⁹ specificās: cū sine tēporis specificatione dicatur. Nolite possidere aurū neq argentū: neq pecuniā in zonis vestris. t expediebat aplis t etiaz aliis illud obseruare: non solū pro tēpore vie pdicte: sed etiā p alijs temporibus: ergo p alijs temporibus obligabat. Dic restat pbare q nō solū p tpe vie predicte: sed etiā p alijs tpibus expediebat aplis t alijs seruare predictum pceptū. Hoc aūt expresse asserit chrisostom⁹ q sup illud Matth. Noli possidere aurū tc. ait. Multa p bocvnū cōmendabat. Primū qdem non suspectos faciens aplos. Scdo aūt ab oi eos eruēs sollicitudine vt vacatōem oēm sermoni tribuant. Tertio docēs eos suā virtutē. Hoc nēpe eis t postea dicit. Nunqd aliqd defuit vobis quando nisi vos nudos t discalciatos. Ex bis verbis patet q aplis t auditoribus eorūdē expediebat q aplī aurū t argentū ac pecuniā minime possidebāt alijs tpibus q̄ tēpore vie predicte: q: p illud preceptū sicut dicit chrisostomus: non suspecti fiebant t ab oi solicitudine eruti erant: vt predicationi vacarent: ac etiaz xpi virtutē cognoscebāt: sed ita alijs temporibus sicut tēpore vie predicte expediebat apostolis t alijs vt fierēt nō suspecti. ab oi sollicitudine eruerent: t vt predicationi vacarent: t chrisli virtutē cognoscerēt: ergo ita p alijs tēporibus sicut pro via predicta dictū preceptū aplos obligabat. Sed forte dicet ille q dictū preceptū tempus vie pdicte spectat: tū q: ibi antedictū preceptū babeā. bos duodeci misit tc. tum q: ibidem subiūgitur nō peram in via neq duas tunicas tc. tum q: Marci. vi. Dat ibi idē preceptū vbi tamen specificatur tēpus vie predicte cū dicit t precepit eis ne qd tollerent in via nisi virgā tantū: non peram: nō panem neq in zona es: tum q: Luce. ix. vbi de eodē precepto fit mentio. Chrisus viam specificat supradictā. vñ dixit xps ad aplos. Nihil tuleritis in via neq virgā: neq perā: neq panē: neq pecuniā. Pecuniā aūt aurū t argentū videtur intelligi. Sed ad ista tripliciter respondeā. primo quia sicut sepe vnus euangelista aliquid dicit qō alius tacet: ita quandoq vnus dicit idem t alius: sed alio modo: t tunc cum illi modi nō repugnent illud debet vtroq modo intelligi: t ideo esto vt vnus euangelista vel plures specificet vel specificēt: viam predictā in dicto precepto de non possidendo auro t argēto t pecunia: nō ppter hoc potest cōcludi q nō debeat absolute. p oi tempore expediente intelligi. Ex quo vnus euangelista idē sine oi specificatiōe tpis ponit pceptū: cū ista duo sc3 nō possidere pecuniā p via predicta t nō possidere pecuniā: neq p ista via neq p alio tpe: nullā repugnantiā inter se nosc̄untur habere: quare cū Matthe⁹ reciter absolute sine oi specificatōe vie vel tpis memoratu3 pceptū absolute p oi tpe dz intelligi. Scdo rndeā q ex hoc qō pceptū dat de nō possidendo auro t argento tc. pro via pdicta: itelligit idē pceptū etiā p alijs tpibus esse datū: q: vbi

Tertia ps capli pdicta q ad q̄tū ot errores impro bat.

Primi erroris. Improbatō pria

Improbatō scda

Instantia

Rnsio triplex. Prima

Secunda

est eadem ratio: vel fortior debet esse idez ius: sed eadē est ratio dicti precepti pro illo tēpore illius vie: ⁊ pro aliis tpibus q̄bus erant apostoli predicaturi: ergo illud preceptū datū fuit eis nō solū pro via predicta: sed etiam ꝓ aliis tēporibus. Tertio respondeť ꝙ licet xp̄us miserit tunc apostolos ad predicandū: tamen in precipiendo eis nō possidere aurū neq; argentū neq; pecuniā: fm nullū euangelistā tēpus illius vie specificauit: sed absolute precepit eis ꝙ in via non ferrent pecuniā: intēdens ꝙ q̄cunq; irent ad predicandū nō tollerēt pecuniā. vnde Matthaeus non dicit. Non perā in hac via qua nunc ituri estis: sed absolute dixit: nō perā in via. nec Marcus dixit. Ne q̄d tollerent in illa via qua tunc ituri erant: ꝫ absolute dixit. Ne q̄d tollerēt in via ⁊c. neq; Lucas dixit. Nihil tuleritis in hac via qua nunc ituri estis: sed absolute dixit. Nihil tuleritis i via. Et ita dictū preceptū xp̄i de oi via qua ituri erant ad predicandū debet intelligi: si autē nō debebant possidere aurū ⁊c. in via: multo fortius nec extra viā sez ante terminū vie: nec in termino vie: fm q̄ arguit chrisostomus super illud. Nolite possidere ⁊c. dicens. Intēde qualiter eos oibus denudans oia eis dedit: ꝓ mittens in domibus eoꝝ qui docentur manere ⁊ nihil habentes introire. Si aūt in aliena patria existentes: ⁊ apud ignotos abeūtes nihil aliud oporter petere quotidiano cibo: multomagis domi manentes. Ex quibus verbis habetur aperte ꝙ fm chrisostomū si nō debebant inter ignotos possidere pecuniā: multomagis nec domi inter notos. ⁊ eadē rōne post q̄ inter ignotos manere inciperent non debebant pecuniā possidere. Quare sequit manifeste ꝙ nec pro via aliqua: nec in termino vie debebant pecuniā possidere quando carere pecunia fuit expediens: ⁊ ita manifeste patet ꝙ stat ratio supradicta: sez ꝙ illud preceptū xp̄i fuit datū aplis ꝓ oi tempore quo expediebat apostolis dictū preceptū seruare: ⁊ nō pro tēpore vie p̄dicte solūmodo. Tertio sic arguunt. Vbi est eadem ratio debet esse idem ius: quia de similibus simile iudiciū est habendū. sed eadē fuit ratio sicut tactū est: q̄re apostoli nō deberent aurū neq; argentū neq; pecuniaz possidere ꝓ tempore vie predicte: ⁊ ꝓ oi alio tēpore quo predicaturi erant. ergo preceptuz q̄ ratio iuris obtinet equaliter obligabat ipsos ꝓ tēpore vie predicte: ⁊ ꝓ oi alio tpe quo predicaturi erant. Maior est manifesta. Mi nor auctoritatibus sanctoꝝ patrū probať aptc. Nam vna ratio quare chr̄istus noluit apostolos pro tēpore illius vie possidere predicta

Tertia

Improbatio tertia primi erroris.

fuit: vt qui docere debebant oia diuina prouidentia gubernari: ostenderēt seipsos nihil de crastino cogitare. Hanc rationē assignat Rabanus sup illud Matthei. x. Nolite possidere aurum ⁊c. dicens. Qui diuitias detrūcauerat ꝓpe modū necessaria vite amputauit vt apostoli: doctores vere religionis q̄ docebāt diuina prouidentia gubernari: seipsos ostenderēt nihil cogitare de crastino: sed hec ratio ita respiciebat oia alia tēpora q̄bus debebāt ꝓplis predicare: sicut tēpus vie predicte: ergo eēq; literobligabat eos preceptū prefatū pro tēpore vie predicte: ⁊ ꝓ aliis tēporibus q̄bus predicaturi erant. Item alia ratio fm chrisostomū: quare aplī ꝓ via predicta nō debuerunt talia possidere fuit (sicut allegatū est pr̄ⁱ) vt aplī p cōtemptū diuitiarū magni ⁊ mirabiles apparerēt (Auctoritatē quā h̄ insinuāt q̄re supra ca. xcv.) ꝫ ita debebāt aplī apparere magni ⁊ mirabiles ꝓ aliis tpibus: sicut ꝓ tpe vie p̄dicte: ergo ita debuerūt carere predictis ꝓ aliis tpibus q̄bus predicaturi erant: sicut ꝓ tpe vie predicte: ⁊ sic discurrēdo p oēs rōnes q̄ ꝓ predicto p̄cepto poterūt assignari. cōstat ꝙ equaliter debebāt mouere aplos ad nō possidēduz hmōi bona ꝓ tpe vie predicte: ⁊ ꝓ oibus aliis tpibus q̄bus predicaturi erant: ergo preceptū obligabat ipos ꝓ aliis tpib⁹: sic ꝓ illo. Quarto sic arguūt. Non debuerūt aplī aliquā pfectionē semel assumptā q̄diu vtile esset aplis ⁊ aliis eandē pfectionē seruare dimittere. teste saluatore q̄ Luce. ix. ait. Nemo mittens manū ad aratrū ⁊ aspiciēs retro aptus est regno dei Hoc etiā ratio psuadet. Nā si talē pfectōez semel assumptā sine cōi vtilitate sua ⁊ alioꝝ pro aliquo tpe dimisissent: nō vticq; pfecissent: sed turpiter defecissent. sed aplī nō debuerūt deficere: ꝫ magis ꝓficere. ergo pfectōez assumptā q̄diu vtile eēt ipis ⁊ aliis seruare eandē dimittere minime debuerunt: sed non possidere aurū neq; argētū neq; pecuniā ꝓpter deū ad pfectionē noscitur ptinere: ⁊ non possidere hmōi fuit vtile aplis ⁊ aliis nō solū ꝓ tpe vie predicte: sed etiaz ꝓ aliis tpibus q̄bus predicaturi erāt: sicut auctoritates sc̄oꝝ ꝓtestant aperte de q̄bus aliq̄ sunt superius allegate: ⁊ nonulle inferius adducent. ergo aplī nō debuerunt hmōi possidere: nō solū ꝓ tpe vie p̄dicte: ꝫ etiā ꝓ aliis tpibus q̄bus predicaturi erāt. Quinto sic arguūt. Nō debuerūt aplī q̄ post xp̄m erāt p̄mi p̄dicatores euāgelice veritat illa pfectōe carere q̄ decet cōiter p̄dicatores v̄itat eiusdē q: aplī q̄ imediate a xp̄o instructi fuerūt sicut nō debuerūt esse iferiores aliis p̄dicatorib⁹ doctrina: ita ñ debuerūt eē iferiores vita exēplari:

Improbatio q̄rta primi erroris.

Improbatio qnta primi erroris.

sed predicatores cōiter euangelice veritatis decet omni tēpore quo predicationis exercēt officium: immo etiam omni tēpore carere huiusmodi quo ad dñiū ⁊ ꝓprietatē ꝓpter deū: ergo ⁊ apli non solum pro tēpore vie predicte sed etiā pro oi tēpore quo predicaturi ⁊ inter populos cōuersaturi erāt debebāt ꝓprietatē huiusmodi rerū ꝓpter deū abdicare. Maior est manifesta. Minor ꝓbatur auctoritatibus apte. Unde Beda sup illud Marci. vi. Precepit eis ne q̄d tollerent. loquēs cōiter de predicatoribus veritatis: ait. Tāta p̄dicatori debet esse fiducia in deo: vt presentis vite sumptus: q̄uis nō ꝓuideat: tñ sibi eos nō deesse certissime sciat: ne dū mēs ei⁹ occupat ad tpalia: min⁹ alijs ꝓuideat eterna. Ite Ambros⁹ sup illō luce. Nihil tuleritis in via. loq̄ns de predicatoribus in cōi ait. Qualis debeat esse q̄ euangelizat regnū dei preceptis euāgelicis designatur. Ut sine virga: sine pera: sine calciamētis i. subsidijs tpalis āminicula nō req̄rens fidei q̄ tutus putet sibi quo ea minus requirit magis posse suppetere. Ite glosa sup illō Deuteronomij. Nō alligabitis os boui triturāti: ait. Occupati in doctrina nō possunt sibi ꝓuidere necessaria. Ite chrisostom⁹ homel. xv. sup Mat. ait. Talis est luminis virtus vt nō solū luceat sed ⁊ illuc ducat illos q̄ sequunt. Cū em̄ viderint oia presentia nos contēnentes ad futura preparatos: āte oēm sermonē opibus nris crederēt. Quis em̄ ita est amēs: vt videns eū qui beri lasciuiebat ⁊ ditabat oia exutū: ⁊ famē ⁊ inopiā ⁊ durā vitā ⁊ pericula ⁊ sanguinē ⁊ occisionē ⁊ oia q̄ vident piculosa tolerare preparatū: nō manifestam accipiat hinc futuroꝝ demōstratōez. Si aūt presentibus nos implicuerimus ⁊ imiscuerimus qualiter poterit credere q̄ ad possessionē aliā festinem⁹. Ex his alijs q̄ pluribus auctoritatibus colligit euidenter q̄ cōiter p̄dicatores decet euāgelice paupt atis nō solū aurū argentū ⁊ pecuniā: sed etiā oia tpalia cōtēnere ꝓpter deū: ⁊ oim ꝓprietate carere: licet nō oēs ad hoc teneant inuiti: et ita constat q̄ apli ꝓ oi tpe quo p̄dicabāt ⁊ cōuersabant inter populos: post predictam perfectionē semel impositā hmōi minime possidebant quo ad dominiū seu ꝓprietatē. Sexto sic arguūt. Semel ꝓhibita quoꝝ quedā ꝓ tēpore necessitatis tantūmodo vident esse cōcessa: ꝓ oi tpe intelligunt esse prohibita: ereptis illis ꝓ tempore necessitatis: que pro necessitate supplenda necessaria dinoscunt: sed possidere predicta scz aurū argentū pecuniā saculum peram ⁊ hmōi semel fuit ꝓhibitū: ⁊ possidere aliquid boꝝ scz aurū argentū pecuniaz ⁊ res alias quo ad dominiuz ⁊ ꝓprietatem in tempore necessitatis non est necessariū ꝓ necessitate subleuāda: ergo possidere hmōi quo ad dominiū ⁊ proprietatē pro oi tempore erat prohibitū: licet pro causa necessitatis portare hmōi ⁊ vti eis legatur fuisse concessum. maior est manifesta: minor probatur. Primo auctoritate christi dicētis Luce. xij. Quādo misi vos sine sacculo pera ⁊ calciamentis nunq̄d aliq̄d defuit vobis: at illi dixerūt nihil. Ipe vero ait illis. Nūc si q̄s habet saculū tollat: similiter ⁊ peram: ⁊ q̄ non habet gladiū vendat tunicā suā ⁊ gladiū emat. Ex q̄bus verbis colligit euidenter q̄ xp̄s solūmodo pro tēpore necessitatis q̄dam p̄dicatorib⁹ q̄ interdixerat prius tūc cōcessit: quia dixit. Nunc: hoc est tēpore tante p̄secutionis: qđ est tēpus necessitatis: qui habz saculū tollat: similiter ⁊ peram ⁊c. hoc est tollat oia q̄ pro tali tempore oportuna noscuntur Alia igitur q̄ pro tali tēpore non erant necessaria nequaq̄ concessit: sed interdicta (sicut antea) remanserūt. His cōcordat Beda sup predicta verba xp̄i dicens. Non enim eadem viuendi regula persecutionis qua pacis tempore discipulos informat: Missis q̄dem discipulis ad predicandū ne quid tollerent in via precepit: ordinans scz vt q̄ euangeliū annunciant de euangelio viuant: instante vero mortis articulo: ⁊ contra illa gente pastorē ⁊ gregem persequente: congruaz christus regulam decreuit ꝓmittēs vt tollant victui necessaria Donec sopita p̄secutoꝝ insania tempus euangelizandi redeat: in hoc quoq̄ nobis datur exemplū vt iusta nō nunq̄ causa instante: q̄dam de nostri rigoris ꝓposito posse sine culpa itermitti. Ex his verbis habetur euidenter q̄ xp̄s illa q̄ prius interdixerat: tunc solum concessit propter p̄secutōem instantē: concedendo necessaria tantū: ⁊ nō alia. Possessio aūt auri et argenti ⁊ pecunie quo ad dominiū ⁊ proprietatem nūq̄ est necessaria: quin sine illa potest necessitas subleuari: ergo ⁊c. Potest em̄ quis tempore necessitatis alienā pecuniā etiā absq̄ licentia: ⁊ multo fortius de licentia portare ⁊ tractare: ⁊ de ipa rem emere necessariam ⁊ absq̄ eius dominio ⁊ proprietate: quia non semp emens rem de pecunia aliqua habet ei⁹ dominiū ⁊ proprietatē: sicut em̄ potest quis rē vendere licite: ⁊ eius transferre dominium in alium: cum tamen non habet dominium ⁊ ꝓprietatem. Ita potest quis in casu rem aliquā emere de pecunia: cuius non habet dominium et proprietatem. Christus igitur quantuz ad omnia que prius interdixerat solummodo relaxauit ista que pro tempore p̄secutionis

Improbatio .vi. dicti erroris.

In pte precedēti ostēdit q dicte auctoritates nō fecerunt ad ppositum appellantis. Hic mentē suam circa auctoritates p̄tactas explicat manifeste. ⁊ diuidit in tres partes. quia p̄mo dicit quomodo intelligit tres auctoritates sumptas ex matth. v. Secundo exprimit qualiter intelligit v̄ba apostoli. Tertio pbare nitit̄ ex scriptur q auctoritates sumpte ex Matth. v. ita debēt intelligi sicut ipe exponit. Secūda in parte immediate sequenti. Ibi et ppter hoc apostol⁹ Tertia ibi. nec per sacram scripturaz dicit ergo primo q precepta illa Matth. v. nō sunt semper seruāda in executione operis. sed semper in p̄paratione animi sunt habenda. Sz dicunt isti impugnatores q quia indistincte dicit illa precepta quorum vnū est negatiuuz et aliud affirmatiuū non esse seruanda in executione operis: sed in preparatione animi sp habenda: non distinguēs inter istos et illos qui non debent semper predicta precepta in operis executione seruare. errat aperte. Ad euidētiam autem istius totius materie dicūt aliqua esse notāda. quorum p̄mum est. q sicut habere diuitiarum dominiū in speciali nō est malum s̄m se: immo possunt haberi: acquiri ⁊ conseruari absq; peccato: ita repetere in iudicio diuitias ppias non est s̄m se peccatū: immo absq; peccato etiam veniali repeti possūt non solum extra iudicium: sed etiā in iudicio. Q vero habere diuitiarum dominiuz non sit de se peccatum. patet aperte. Nam multi scti absq; peccato diuitias possidebant. Abrahā em̄ ysaac et iacob moyses aaron: samuel: dauid et alij sancti multi absq; peccato diuites extiterunt. hinc est q sancti patres in gangrēsi cōcilio: vt habetur. xxx. dis. ca. hec scripsim⁹ dixerunt. diuites cum iustitia et operibus bonis non abijcimus. Hic etiam dicit glosa. xij. q. i. Clericus. non est peccatum habere diuitias si adsint opera bona. pōt igitur diuitiarū dominiū ppriaruz haberi sine peccato. sic etiam possunt repeti in iudicio sine peccato: teste beato augustino. qui vt habetur. xiiij. q. i. ca. quod debetur ait. quod debetur et si benigne remittitur: non tamen inique repetitur. Ex quibus verbis datur intelligi q illd̄ quod debetur presertim tanq̄ pprium non iniq̄ repetitur. diuitie ergo pprie absq; iniquitate repeti possunt. Secudo notant isti q licet diuitie absq; peccato possint haberi. melius tamen est oim diuitiarum dominiū abdicare ppter deum sicut supra. c. cv. auctoritatib⁹ ambrosij et augustini ⁊ bernardi pbatum existit quibus etiam concordat hieronymus ad ebidiam dicens. vis esse perfecta ⁊ in primo stare fastigio dignitatis fac quod fecerunt apostoli. vede omnia que habes et da pauperib⁹ ⁊c. et post non vis esse perfecta: sed scd̄z gradum tenere non dimittendo omnia tua q̄ habes da filijs: da ppinquis: nemo te rep̄hendit si inferiora secteris. dum modo scias illaz tibi iure prelatam que elegerit prima. Ex quibus verbis euidēter colligitur q abdicatio pprietatis oim temporaliū diuitiarum proprietati earum prefertur. vnde dicere q abdicare oim pprietatem non est melius q̄ diuitias retinere: est error vigilātij heretici. de quo dicit hieronymus. Q autez asserit eos melius facere qui vtantur rebus: et paulatim fructus possessionum diuidunt q̄ illos qui possessionib⁹ venundatis simul omnia largiūtur non a me ei: sed a deo respondebit̄. Si vis esse pfectus vade vende omnia que habes et da pauperibus et veni sequere me. sic ergo patet q lz habere diuitias non sit de se peccatū. melius tamen est oim diuitiarum dominiuz abdicare. vnde et ad perfectionem spectat omniū diuitiarum dominiū abdicare sicut supra est pbatum. Tertio notant isti q sicut melius e oīz abdicare dominiū q̄ diuitiarum dn̄ium retinere. ita melius est simpliciter nulla temporalia in iudicio repetere q̄uis repetere possit q̄s propria sine peccato: hoc notabile ex precedēti colligitur euidenter. Quarto notant q sicut licet diuitie possint haberi sine peccato. tamen raro ⁊ vix habentur sine peccato: sic licet repetere diuitias possit esse sine peccato: tamen repetere in iudicio diuitias vel quecūq; temporalia raro et vix inuenit̄ sine peccato. q diuitie raro vel vix habeant̄ sine peccato innuit ipe saluator dicens Matth. xix. Diues difficile intrabit in regnum celorū. et Luce. xviij. ait. q̄ difficile qui habent pecunias intrabunt in regnum celorum. Ex his datur intelligi q diuitie vix habentur sine peccato: quia solum peccatum facit difficultatem intrandi in regnum celorum. Item gregorius vt habetur dist. xxv. c. qnalis loquens de peccato cure rei familiaris ait. Peccatum cure rei familiaris que vix sine culpa agitur: vl' ab ipsis qui culpam qualiter declinare debeant sciunt. Ex quibus verbis colligitur euidēter

Tertia ps impugnās textuz

Primū notabile de cōditōe diuitiarum

Q dn̄iū ⁊ diuitias h̄re acq̄rere et cōseruare de se n̄ est malū

Scdm notabile.

Tertiū notabile

Quartū notabile

q̄ possessio temporalium que sine cura rei familiaris esse non debet: vix sine culpa agitur et ita temporalium dominiū vix habetur sine peccato. Ratio Et etiam repetere in iudicio sua vix sine peccato fiat. Probatur: quia non minus implicat ad peccatuz in iudicio litigare q̄ negociatōis officiuz exercere. sed ꝑm leonē papam vt habetur de penitentia. di. v. c. qualitas. difficile est inter ementis vendentisq̄ commerciuz non interuenire peccatum. ergo ñ min⁹ difficile est sine peccato in iudicio litigare q̄ negociationis officium exercere. Confirmatio. ⁊ cōfirmatur hec ratio: quia sicut quasi naturale est in contrahētibus se inuicem decipere: ita quasi naturale est in litigantibus se inuicem velle decipere ad suum intentum habendum sicut ergo negociatōis officiuz difficile est exercere sine peccato: ita difficile est in iudicio litigare sine peccato. Quitū notabile. Quinto notant q̄ in scripturis diuinis et sanctorum non solū dissuadentur illicita. sed etiam quedā licita que implicant ad peccatum. sicut enim christus ꝑfect⁹ vtpote discipl̄is dissuasit thesaurizare ī terra Matth. vi. et tamen thesaurizare est licitum. sic etiam dissuasit cogitare de crastino quod tamen non est illicitum reputandū. sic etiam habere diuitias. quia implicāt ad peccatum ⁊ plene sunt periculis dissuadet̄. hinc etiaz gregorius in moralibus ait. Solus iste in illicita nō cadit qui se a licitis caute restrigit. Sextū notabile. Sexto notant q̄ licitum est christianis immo expediens q̄uis non toti cōmunitati: se voto astringere ad non faciendum et non habendū illa que implicant ad peccatū: sine q̄bus cōtingit vitam presentem transigere: ⁊ officia necessaria exercere. Nam fugere occasiones peccandi est laudabile: et per consequens se astringere per votum ad fugienduz occasiones peccandi sine quibus vitam contingit sustentare: ⁊ officia necessaria exercere est laudabile reputādū. Qd̄ beatus hieronymus contra vigilantiū q̄ statum secularē statui religionis conabatur preferre: videt̄ asserere. querens enim in persona vigilantij heretici ait. Pulchra auctoritas hieronymi Cur pergis ad heremum. et respōdet dicens. vt te non audiam: non videam. vt surore non moueat: vt tua bella non patiar: ne me capiat ocul⁹ meretricis: ne me forma pulcherrima ad illicitos ducat amplex⁹. Respōdebis hic. Noli fugere: sta in facie: aduersarijs armatus obsiste: vt postq̄ viceris coroneris. fateor imbecillitatem meam: nolo spe pugnare victorie: ne perdam aliquando victoriam si fugero gladium deuitaui: si stetero aut vincendum mihi est aut cadenduz Quid necesse habeo certa dimittere: ⁊ etiā certari. nulla securitas est vicino serpente dormire: potest fieri vt me non mordeat: ⁊ tamen potest fieri vt aliquando me mordeat. qd̄ de libidine diximus referamus ad auariciā: ⁊ omia vitia que vitant̄ solitudine: ⁊ ideo vrbiū frequētias declinamus: ne facere compellamur: que nos nō tam natura cogit facere q̄ voluptas. Ex hijs verbis datur intelligi q̄ licet intrare religionem que sine voto nō accipitur: ad fugienduz occasiones peccādi: ⁊ per consequēs licet christiano se voto astringere ad nō faciendū: ⁊ nō habendū illa que implicāt ad peccatuz: quod de illis debet intelligi sine quibus contingit ⁊ humanā sustentare naturā: ⁊ officia necessaria exercere. Sunt enī aliqua que implicāt ad peccatum: sicut bibere: comedere ⁊ dormire: ⁊ alia huiusmodi: sine quibus vita non sustentatur humana: sine etiam acquisitione scientie non potest predicator euāgelicus predicationis officium exercere: ⁊ tamē scientia quodāmodo implicat ad peccatū: quia sciētia inflat teste apostolo. Septimuz notabile. Septimo notant: q̄ inter precepta christi: vel cōsilia posita in sermone domini in mōte: quedam sunt negatiua ⁊ quedā affirmatiua. negatiua sunt: vt nō resistere malo: non contendere in iudicio: non repercutere: non thesaurizare in terra: non sollicitari superflue de temporalibus: ⁊ huiusmodi: quedā autē sunt affirmatiua: vt dimittere palliū: prebere alterā maxillam: ⁊ huiusmodi. Octauū notabile. Octauo notant: q̄ ad perfectionem spectat sepe velle vel desiderare: aliquid fugere: ⁊ tamen in casu meritoriū est illud suscipere vel etiam exercere: sicut perfectorū est velle seu desiderare fugere prelationes: et ecclesiasticas dignitates ⁊ tamen in casu tales dignitates suscipere est meritoriū ⁊ laudabile: sicut per Augustinū: et Gregoriū: quorū auctoritates ponūtur. viij. q. i. ca. in scripturis: ⁊ ca. qui ep̄atum patet apte

Predicta ad propositum applicando dicunt isti q̄ christus illa que necessaria sunt in predictis preceptis suasit discipulis in cōi in omni tempore in operis executione seruare: que tamen apostolis īposuit sub precepto: ⁊ ideo cū non contēdere in iudicio: sicut necessariū apostolis imposuit sub precepto: ⁊ alijs saltez aliquibus suasit omī tempore dictū preceptū sc nō contendere in iudicio in operis executiōe seruare. Illa v̄o que affirmatiua sunt in dict̄ preceptis: scilicet percutienti in vna maxilla prebere alteram: dimittere palliū absq̄ violētia: cum angariāte mille passus ire ⁊ alia duo non imposuit apostolis sub precepto: nec suasit alijs omī tempore seruare in executiōe ope

Hic applicāt ad ꝓpositum notabilia predicta

ris. sed ꝑm preparationem animi. Ratio aūt differētie est. quia velle omni tempore in executiōe operis pro temporalibus rebus nō cōtendere in iudicio ad perfectionem spectat: ⁊ ideo sub voto cadere potest. ⁊ per consequēs suaderi potest. dimittere autem cuiq; palliuz absq; omni violentia ad perfectionem nō spectat: immo sepe ad malitiam vel stultitiā pertinere dinoscitur. gratis enim dimittere pallium rapienti ad malum finem fraterne dilectioni repugnat. qua q̄s a peccato si potest debet alium reuocare. et similiter est de alijs preceptis affirmatiuis. et ideo quātuz ad ista seruanda est doctrina augustini. qui vt habetur in preallegato capitulo. paratus ait. Ista precepta sunt magis ad preparationem cordis q̄ ad opus. quod in aperto fit. vt teneatur in secreto animi patientia cum beniuolētia. in manifesto autem id fiat quod eis videt̄ ꝓdesse: q̄b⁹ bn̄ velle debem⁹. Nec talia affirmatiua respectu cuiuslibet sb̄ voto cadere debēt Non enim est licitum alicui vouere: ꝙ omni volenti tunicam suam tollere: pallium libere dimittet eidem: q̄uis sub voto cadere possit: nunq̄ velle pro tunica contendere in iudicio similiter nulus debet vouere ꝙ quicunq; angariauerit eum mille passus: ibit cum eo alia duo: cum hoc possit v̄gere in detrimentū salutis. teste sapiente qui ait Ecclesiastici. viij. cum audace nō eas in via ne forte grauet mala sua in te. Talia autem semper ad preparationem cordis non quātum ad opus exterius sunt seruanda. Non contendere autem in iudicio: licet in opere omni tempore seruare: et sub voto cadere potest. et ideo christus h̄ apostolis imposuit sub precepto q̄tum ad opus: et alijs nonnullis suasit. et quod christus hoc imposuerit apostolis quātum ad executionē operis ostendunt isti. Quibus imponitur ꝓprietatem et ius positiuuz in rebus temporalibus non habere: neq; in speciali neq; in cōmuni quātum ad cōmunitatem specialem eisdem imponitur nec nomine proprio nec nomine sue communitatis specialis pro rebus temporalibus litigare: quia sine iure proprio vel cōmuni non potest quis pro temporalib⁹ in iudicio litigare: sed christus imposuit apostolis proprietatem et ius positium in temporalibus non habere: nec in speciali neq; i cōmuni quātum ad cōmunitatem specialē apostolorum. ergo imposuit eis predicto modo ꝓ temporalibus in iudicio minime contendere

Probat̄ sic cōclusio de aplis.

Probat̄ cōclusio de alijs p̄ma rōe

Secundo ostendunt ꝙ alijs hoc idem suasit. Primo sic. Christus suadens non contendere in iudicio suasit illud quod est melius: ꝑ nolle contendere in iudicio est melius q̄ contendere. ergo hoc christus quātum ad executionez operis suasit. Secundo sic. Christus per dictuz p̄ceptuz dissuasit illud opus quod vix sine peccato potest exerceri. sed contendere in iudicio vix potest exerceri sine peccato. ergo christus dissuasit quātum ad operis executionem contendere in iudicio ⁊ ꝑ ꝯsequēs suasit non contendere. Tertio sic. per dictuz p̄ceptum vel consilium dissuasit illud q̄tum ad contentionez in iudicio quod implicat ad peccatum: licet nō sit de se peccatū: sed actualiter q̄tum ad opus contēdere in iudicio implicat ad peccatuz. ergo christus hoc dissuasit in predicto consilio. et per cōsequēs suasit nō contendere in iudicio nō solum q̄tum ad preparationem cordis: sed etiam quātuz ad op⁹.

Scd̄a rōne

Tertia rōne

Quarta ꝑs isti⁹ capituli in q̄ accedit ad litterā

[Prebe illi et alteram] licet hoc semper sit seruandum quātum ad preparationez cordis et non sit semper ad seruanduz quātū ad op⁹ exterius: immo aliquādo hoc seruare esset peccatum et contra caritatem fraternam. puta si ꝑcutiens per correctionem fraternā posset corrigi de peccato commisso ⁊ reuocari a peccato committēdo. Et ita lz in ope exteriori h̄ seruare sit quādoq; illicitum. Tamen nō repcutere semper est licitum. Et ideo licitum est nōnullis ad non repercutiendū se voto astringere. sed nulli est licituz se voto astringere ad prebendam maxillam alteram percutienti. ⁊ ita inter negatiuum et affirmatiuum aperte differentia reperit̄. [Vade cum eo alia duo] hoc etiam seruare in opere exteriori potest eē illicitum ex multis causis: quas longuz esset enarrare. et ideo hoc nequaq̄ sub voto cadere potest [qui vult tecuz in iudicio contendere et tunicam tuam tollere dimitte ei et palliū] hoc est non contēdas ꝓ tunica et dimitte pallium: ⁊ ita in dictis verbis aliquid insinuatur negatiue et aliquid affirmatiue. Negatiuum omni tempore seruare multis est licitum. et ideo licite sub voto cadere potest: ⁊ ita potest suaderi pro omni tempore quātum ad operis executionem. sed scd̄m nulli ꝓ omni tempore et in omni casu potest esse licitum sicut ostensum est prius. ⁊ ideo sub voto cadere nequaq̄ debet respectu cuiuscūq; persone indifferent̄ lz possit forte cadere sub voto in aliquo respectu illius cui promitteret obedientiā ꝑ votuz [ꝑm quod augustinus dicit] Augustinus intendit de affirmatiuis: nō de negatiuis sicut dictum est. Cap̄. Cxv.

Cap̄. CXV Pria ꝑs isti⁹ capl̄i recitās aliā ꝑtē cōstitutionis.

T propt̄ hoc apostolus non simplicit̄ dixit prime ad

Corinth. vi. quare non iniuriam accipitis: sed dixit. Quare nō magis iniuriam accipitis: et q̄ ℞ eis simpliciter nō interdixerit pz ex eo q̄ in precedenti ca. p̄me Corinth. v. Amplius reprehenderat corinthios: quia erant negligentes in iudicio faciendo dicens eis. Nonne de his qui intus sunt vos iudicatis. Item in prealligato ca. p̄me Corinth. vi. Apostolus corinthios reprehendebat: quia coram infidelibus litigabant et iudiciū subibant: dicēs. Audet id est presumit aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum iudicari. id ē iudiciuz subire. apud iniquos et non apō sanctos. i. fideles. Item ostendebat q̄ hoc ad fideles pertinebat dicens. Et si in vobis. i. per vos iudicabit mūdus (. i. mūdani) indigni estis q̄ de minimis (scz temporalibus) iudiceris: quasi dicat non: quia qui maioribus multo fortius minoribus est dignus. et sequitur. Secularia igitur iudicia si habueritis contēptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicium. hoc autem dicebat ipsis ironice. vnde subdit ad verecundiam vestram dico. subaudi. quia curritis ad iudicia infidelium. Non est inter vos sapiens quisq̄: qui possit iudicare inē fratrem et fratrem suum. sed frater cum fratre in iudicio contendit. ⁊ hoc apud infideles. Deinde reprehendit eos: quia iniuste ⁊ fraudulenter fratres suos ad iudicium trahebant: dicens. Iam quidem omnino delictum est in vobis. quia iudicia habetis inter vos. s. fraudulenta et iniuriosa. vnde sequitur: sed vos iniuriā facitis et fraudatis ⁊ hoc fratribus. Et q̄ de fratribus qui fraudulenter trahebant fratres ad iudiciuz intellexerit apostolus: patz. quia statim subiunxit. An nescitis quia iniqui regnum dei non possidebūt: cos agere iniq̄ supponens. Vnde patet q̄ apostolus non interdixerit simpliciter corinthijs conuersis ad fidem litigare: immo q̄ eis liceret ex multis: vt patet ex predictis ostendit. ⁊ ideo subiunxit. Omnia mihi licent. Glosa. Omnia mea licz repetere mihi.

Scōa pars explicās p̄dicta.

In pte ista iste impugnatus qualiter intelligat verba apostoli

sepe dicta de iudicio manifestat dicens q̄ apostolus nō simpliciter interdixit corinthijs iudicia seu contendere in iudicio: sed interdixit eis tm̄modo iudicia fraudulenta ⁊ iniuriosa.

Prima ratio impugnati.

Vnde postea ostendit q̄ eis non simpliciter interdixit iudicia. et hoc primo sic. qui reprehendit aliquos de non faciendo iudiciū non simpliciter interdicit eis iudiciū: sed apostolus reprehendit corinthios de non faciēdo iudiciū ℈ ⁊c. Secundo sic. qui reprehendit aliquos q̄ litigant coram infidelibus ostendens q̄ debēt coram fidelibus litigare: non simpliciter interdicit eisdem litigare: sed apostolus reprehendit corinthios qui coraz infidelibus litigabant: ostendens q̄ deberent coram fidelibus litigare: et iudices constituere sapiētes ergo ⁊c. Secūdo ibi. Deinde reprehēdit. ostēdit q̄ apostolus simplicit interdixit corinthijs iudicia fraudulenta et iniuriosa p illud iniqui regnū dei non possidebunt. Tertio ibi. Et idō subiunxit: ostendit auctoritate apostoli ⁊ glose q̄ licet repetere sua. Sed isti impugnatores dicūt cum errare: cum asserit q̄ apostolus solūmodo interdixit corinthijs iudicia: seu litigia fraudulenta: ⁊ iniuriosa: ⁊ coram infidelibus: ⁊ q̄ alia iudicia minime reprehēdit: nec alia dissuasit. Ad cuius euidentiā dicunt esse sciendum: q̄ sicut diuitiarum possessio non solum reprehenditur: interdicit: et dissuadetur quando diuitie acquiruntur iniuste: sed etiam quando amore nimio diliguntur dissuadentur etiam diuitie: quia ad inordinatum amorē implicant ⁊ peccata. sic in iudicio pro temporalibus litigare non solum reprehenditur et interdicitur: quando quis fraudulenter ⁊ iniuriose litigat in iudicio: sed etiam quando ex auaricia: vel alia mala radice procedit: q̄uis nihil in opere exteriori vel verbo fm se illicitum cōmittatur: lz opus exterius sit illo tempore malum: propter maliciaz actus interioris. litigia vero licita non reprehendūtur: cum dissuadētur ppt̄ ℞: q̄ implicant ad pctā: ⁊ vix inuenīūtur sine peccato. Ex hoc patet q̄ erroneuz est dicere apostolum non interdixisse simpliciter nisi iudicia fraudulenta: ⁊ iniuriosa: quod probatur sic. Apostolus. i. ad corinth. vi. Interdixit corinthijs: ⁊ alijs omia litigia illicita ⁊ iniqua: propter quod dicit. An nescitis: quia iniqui regnū dei non possidebunt: quasi diceret determinate omia iniqua iudicia. quia iniqui regnum dei non possidebunt: sed multa sunt iniqua iudicia seu litigia: siue contētiones iniqueꝫ illicite: preter fraudulēta: ⁊ iniuriosa: ergo non soluz interdicit apostolus simpliciter litigia fraudulenta: ⁊ iniuriosa: sed etiam alia multa: que sunt in qua siue ex iniqua intentione: siue ex alia iniquitate quacunq̄. Secūdo dicunt ipsum errare: cum insinuat q̄ apostol? licita litigia minime dissuasit: sed magis eos voluit litigare. Q̄ enim hoc sit erroneum: probatur sic. Apostolus dissuasit omnia litigia q̄ implicant ad peccatum: sed litigia etiam licita implicant ad peccatuz teste Crisostomo super Matthеum qui ait. Omne iudicium irri

Scōa nō ꝓbatur ꝫ

Tertia ps istius capituli impugnat predicta

Ꝓbāt ipugnātū errasse primo.

Scōo ꝓbāt ipugnātū errasse.

Prima ratione.

tatio cordis est: ⁊ malarum cogitationū radix. Nam si videris q causa fraudibus et pecūis expugnetur et tu similiter cause tue adesse festinas. et si ab initio hoc consilium non habuisti. Ex quibus euidenter habetur q litigium etiam in principio iustum et licitum irritatio cordis est et malarum cogitationum radix. ⁊ per consequens implicat ad peccatum. ergo tale iudicium apostolus dissuadet. Sed forte dices q ꝑm crisostomum iudicium seu litigium tunc est irritatio cordis et malarum cogitationū radix quādo ē ex alia parte fraudulentum. Sed hoc non obstat. quia nō solum tunc litigium est irritatio cordis malaruz cogitationū radix: quando est ex parte alia fraudulentum. sed etiam quando non est fraudulentum ex alia parte, sepe em̄ est irritatio cordis. si iudex nō pōt aut nō vult statī ad litigāt̄ voluntatem proferre sententiam. ffrequēter etiam est irritatio cordis ex sollicitudine quā circa productionem instrumentoꝝ et testium: ⁊ circa alia que iudiciarius ordo requirit expedit adhibere. quare constat aperte q litigium etiam licitum non solum propter fraudulentiam aduersarij sed etiam propter multa alia implicat ad peccatum. Secundo sic Apostolus dissuadet illa litigia que discordias et odia pariunt: sed litigia etiam non fraudulenta discordias et odia pariunt. teste beato remigio: qui super epistolam. i. ad corinth̄. vi. ait. Accusatio litem: lis discordiam: discordia odium generat. ergo apostolus etiaz alia litigia q̄ fraudulenta dissuadet. Tertio sic Apostolus dissuadet omia litigia que dissuadentur a christo cuz dicit Matth̄. v. qui vult tecum in iudicio contendere et tunicam tuaz tollere dimitte ei et pallium. ⁊ Luce. vi. cum dicit. qui aufert que tua sunt ne repetas. sed christus in verbis predictis dissuasit non solum litigia fraudulenta: sed etiam alia. teste remigio q̄ vbi ꝓius ait. ideo apostolus dixit i veritate omino delictum est in vobis q̄ contra preceptum domini agitis: qui dixit si quis aufert que tua sūt ne repetas. et qui vobis pacem suam commendauit. quare non magis damnum sustinetis: vt preceptum domini custodiatis. Ex quibus verbis datur intelligi q dominus dissuasit litigare pro rebus ad litigantem pertinentibus. et per consequens dissuasit non soluz litigia fraudulenta: sed etiam alia. ergo apostol⁹ ēt alia dissuasit. Quarto sic. Illi cui suadetur magis iniuriam suscipere q̄ pro temporalibus litigare: dissuadetur litigium de se licitum: et non solum fraudulentum: sed apostolus suadet magis iniuriam suscipere q̄ pro temporalibus litigare. dicens: quare non magis iniuriam accipitis q̄ scilicet pro temporalibus litigetis. Et q hec sit intentio apostoli aperte glosa testatur ibidem dicens. Non excuses q hoc iuste agis: occurrit. Quare non magis iniuriam accipitis Ex quibus verbis datur intelligi q magis expedit iniuriam accipere q̄ iustum litigiuz accipere. ergo apostolus nō solum modo litigia fraudulenta sed etiam alia dissuadet. Quinto sic. Apostolus omnia illa litigia dissuadet que ꝑm veniam conceduntur infirmis. sed litigare in iudicio pro rebus temporalibus nō solum fraudulēter sed etiam absq̄ fraudulentia concedit infirmis. ergo apostolus non solum litigia fraudulenta: sed etiam alia dissuadet. Maior est manifesta. Minor probatur auctoritate Augustini qui ait. enchiridion. c. xliij. pertractans verba apostoli supra scripta. Nam et hic posset putari iudicium habere aduersus alterum non esse peccatum. sed tantummodo si extra ecclesiam vel let iudicari nisi secutus adiungeret. Jam quidē omino delictum est: quia iudicia habetis vobiscum et ne quis ita excusaret et diceret se iustuz habere negocium sed iniquitatem pati quaz velit a se iudicij sententia remoueri: cōtinuo talibus cogitationibus vel excusationibus occurrit atq̄ ait. Quare non magis iniuriaz accipitis: quare non magis fraudem patimini. vt ad illud redeatur quod dominus ait. Si quis voluerit tecum in iudicio tecum contendere dimitte ei ⁊ pallium et alio loco. Qui abstulerit inquit tua noli repetere. prohibuit itaq̄ suos de secularib⁹ cuz alijs habere iudicium. Ex qua doctrina apostolus dicit esse delictum. tamen cum sint in ecclesia talia iudicia finiri inter fratres fratribus iudicantibus extra ecclesiaz terribiliter vetat. Manifestum est etiam q hoc ꝑm veniam concedatur infirmis. Propter hoc atq̄ huiusmodi petā et alia licet bis minora oporet vt deuote crebroq̄ oremus dominuz atq̄ dicam⁹ dimitte nobis debita nostra. Ex his euidenter apparet q contēdere in iudicio etiam pro iusto negocio infirmis ꝓcedit. Sexto sic. Apostolus dissuasit omnia litigia que vix inueniuntur vel numq̄ inueniunt̄ sine peccato. sed litigia etiam quando pro iusto habent̄ negocio vel vix vel nūq̄ sine peccato inueniuntur. Hoc ex verbis augustini predictis colligit̄ māifeste cū dicit. possz putari iudiciū habere aduersus alterum non esse peccatum. et cum dicit ex qua doctrina apostolus dicit eē delictum scilicet litigare, et cum dicit ꝓpter

Obiectio

Responsio.

Quinta ratione.

Sexta rōne

Quarta rōne

Tertia rōne

Secda rōne

hec atq; huiusmodi peccata ⁊c. que verba augustini debent intelligi q̄ vix aut nunq̄ inuenitur litigium sine peccato. ergo apostol⁹ omnia litigia fraudulenta et nō fraudulenta dissuadet. Septimo arguunt sic. Apostolus dissuadet omnia illa litigia que non licēt perfectis. sed nullum litigium in iudicio est licitum perfectis. teste glosa super apostoli v̄ba vbi prius que ait. Ut autē predicta v̄ba apostoli in quibus dicit: peccatum esse iudicium habere contra fratres sane intelligant̄ dicendū quid in hmōi liceat perfectis et q̄d non: et quid infirmis et quid non. Perfectis igitur licz repetere sua simpliciter sine causa: sine lite: sine iudicio: sed non conuenit inde mouere causam ante iudicem. Infirmis vero licet repetere sua mouendo causam ante iudicem et iudicium habendo contra fratrem: sed nō cōtentiose vel fraudulenter: nec apud infideles iudices. ergo omne litigium apostolus dissuadet. Sed forte obijciet aliquis contra predicta tripliciter. Primo quia apostolus nullum iustum dissuadet. quia omne iustuz est bonum: nullum autem bonum est dissuasibile: ꝫ magis suasibile. multa autem sunt litigia iusta. ergo non omnia litigia dissuadet apostolus. Item apostolus non dissuadet illud per quod conseruatur bonuz cōmune ⁊ quod queritur propter pacem: sed per litigia cōseruatur bonuz cōmune et queruntur ꝓpter pacem. vnde et iudices dirimentes litigia pacē faciunt et conseruant: ergo ⁊c. Item apostolus non aliter dissuadet litigium q̄ matrimonium. et sicut concedit matrimonium infirmis: ita et litigium. sed apostolus non dissuadet toti cōmunitati fidelium matrimonium. ergo saltem non dissuadet toti cōmunitati litigium. Ad primum istorum dicunt isti q̄ multa que iusta sunt dissuadentur quātum ad opus exterius propter meliora habenda: sicut bona dissuadentur propter meliora. vnde et matrimonium aliqno modo dissuadetur in quātuz virginitas que est quid melius suadedetur: tamen iustum nec aliquod bonum est dissuadendum quātum ad preparationē cordis q̄ scilicet homo non esset paratus facere quodcunq; bonum aut iustuz si hoc deus preciperet. Ad secundā dicunt q̄ bene potest aliquid dissuaderi. per quod tamen in casu q̄si per accidens conseruatur bonuz cōmune ⁊ acquiritur. quēadmodum bella et arma bellica dissuadentur: et tamē quandoq; per ea cōseruatur bonum cōmune et queruntur ꝓpter pacem ꝫm Augustinum. vt habetur. xxiij. q. i. Noli estimare. sed hoc est propter iniquitatē multorum qui aliter ad bonum et pacez reuocari non possunt. sic est de litigijs q̄ ꝓpter iniquitatem multorum quandoq; queruntur. et nolle habere litigium debet esse voluntatis: sed habere quandoq; necessitatis queadmodum dicit augustinus vbi prius. Pacem habere volūtatis est belluz autē debet esse necessitatis. sic est ergo de litigijs sicut est de bello q̄ sicut melius esset omni bello carere q̄ bellum habere: ⁊ ideo bella dissuadentur: et pax suadetur: et tamen in casu aliquod belluz est iustum et meritoriuz. ita melius esset omni carere litigio q̄ habere. ⁊ tamen in casu meritorium potest esse alicui habere iustum litigiuz et propter hec omnia litigia dissuadentur nisi assit necessitas. Ad tertiam dicunt q̄ nō est simile de matrimonio ⁊ litigio: quia matrimonium est absolute pro statu presenti necessarium generi humano ad procreationem ꝓlis ad cultum dei: et ideo non debet toti communitati fidelium dissuaderi. sed litigium nō est necessarium generi humano etiam pro statu presenti: sicut nec bellum: ⁊ ideo toti communitati fidelium dissuadetur: quāuis in casu extreme necessitatis possit aliquibus suaderi sicut et bellum. [Et propter hoc] scilz quia preceptum de non contendendo in iudicio non est seruandum in opere exteriori. ꝫ in preparatione cordis. [Apostolus non simpliciter dixit prime ad corinth̄. vi. quare non iniuriā accipitis. sed dixit quare non magis iniuriam accipitis.] Dicunt isti q̄ non propter rationem quam iste assignat non dixit vnum apl̄s. sed aliud. Nam ideo non dixit. Quare n̄ iniuriam accipitis. sed dixit quare nō magis iniuriaz accipitis: qz noluit apostolus q̄ ꝓprietatem habentes semper in opere essent parati accipere iniuriam a quocunq;. sed voluit q̄ magis et citius acciperent iniuriam q̄ ī iudicio pro temporalibus litigarent: nisi ratio cogens non desiderium rehabendi vel defendendi sua eos ad litigandum vrgeret. Sicut princeps non semper debet esse paratus accipere iniuriam ab inimico: quia hoc bono communi penitus obuiaret: sed magis et citi⁹ debet accipere iniuriam q̄ bellare. contra volētem inferre iniuriam: nisi iusta necessitate bellare cogatur. Nam et sepe nolle bellare in eo cui bellare licet: esset peccatum. vnde ambrosius ut habetur. xxiij. q. iij. ca. Fortitudo Ait. Fortitudo que bello tuetur a barbaris patriam: vel domi defendit infirmos vel a latronibus socios plena iustitia ē [q̄ h̄ eis nō simpl̄r īterdixerit] h̄ pōt h̄re duplicē intellectū. vn⁹ est q̄ non simpliciter interdixit eis tanq̄ sem-

Septīa rōne

Obiectio triplex Prima

Scōa

Tertia

Respōsio ad obiectionē

Ad scōam.

Ad tertiam

Quarta ꝑs isti⁹ cap̄. ꝓcedit ad littere explanatōez

per esset illicitum pro temporalibus litigare: ⁊ iste sensus verus est: sed ꝑm istum iste impugnatus verba illa nequaq̃ intellexit. Alius est: q̃ non interdixit eis: nisi solūmodo litigia fraudulenta: ⁊ iniuriosa: ⁊ nulla alia. ⁊ iste sensus falsus est: vt dicunt isti. ⌊ Aplūs reprehēderat corinthios: quia erāt negligentes in iudicio faciendo. ⌋ Istud non facit pro eo: quia ibidem non reprehendit corinthios: quia minime litigabant: sed quia delinquentem corrigere negligebāt: ⁊ ideo apostolus nunq̃ dissuasit corinthijs constituere iudices ad vindictam malefactorum: sed dissuasit habere litigia coram iudicibus constitutis: quēadmodū in scripturis suadetur punire peccata malorū ⁊ tamen peccata punienda scripture efficacit dissuadent. ⌊ Nōne de hijs qui intus sunt vos iudicatis. ⌋ Dic non loquitur iudicandis: sed iudicantibus: ⁊ sepe reprehenduntur iudicantes de negligentia iudicandi: ⁊ qui iudicātur reprehendūtur de hoc: q̃ eos iudicari oportet ⌊ Apostolus corinthios reprehendit: quia coraz infidelibus litigabant: ⁊ iudiciū subibāt ⌋

Dicunt q̃ verba apostoli de ista materia sane intelligenda sunt: ꝙa reprehensibiles erāt qui trahentes fideles ad iudicium coram infidelibus litigabant: quia cause fidelium inter se sopiri poterant per fideles. Illi vero qui iudicium subibant infideliuz ab infidelibus coacti minime reprehensibiles videbantur: cuz apostolus subditos monuerit. dicens etiā infidelibus obedire. Illi etiam qui infideles cōtrahebant ad iudicium infidelium: ex iusta et vrgenti causa reprehensibiles nō fuerūt. Nam et apostolus ad iudicium cesaris appellauit. ⌊ Item ostendebat: q̃ hoc ad fideles pertinebat. ⌋ scz litigantes pro temporalibus iudicare. sed ex hoc non sequitur: q̃ litigare pro temporalibus sit minime dissuasum: sicut non sequitur ad iudicem iustum pertinet homicidas: ⁊ alios sceleratos debita pena punire: ergo homicidia: et alia scelera non sunt illicita. ⌊ Qui maioribus multo fortius est minoribus dign? ⌋ Esto q̃ hec sub aliquo sensu esset vera: tamen sepe competunt alicui maiora: cui minora nō competunt: neq̃ decent ipm: nō propter indignitatē ipsius: sed propter dignitatem ipsius ⁊ indignitatem: seu vtilitatem minor. Sicut decet regem portare purpuram: ⁊ nō decet eū portare sordidas vestes. Decet etiaz militem expugnare hostem: ⁊ non decet eum suspendere furē. Sic decent sepe pfectos maiora: quos non decent minora. Unde predicare verbum dei: consecrare episcopos: et dispensare ecclesiastica sacramenta et alia maiora decet summum pontificem: quez tamen non deceret in causa sanguinis: et rerum temporalium iudicare. et ideo non sequitur. Aliquis debet in causa maiori iudicare. ergo debet iudicare in causa minori: quāuis q̃ non debeat iudicare in minori causa non sit propter indignitatem sed propter dignitatem ipsius. ⌊ Secularia iudicia si habueritis contemptibiles qui sūt in ecclesia illos constituite ad iudicium ⌋ Si apostolus vocaret contemptibiles in ecclesia homines insensatos infames et crimino-sos. predicta verba esse dicta pronice debent intelligi. Non enim poterit esse de mēte apostoli q̃ velit vt corinthij homines contemptibiles propter ineptitudines aut peccata eorum constituerint sibi iudices quāuis essent in ecclesia hoc est inter christianos qualitercunq̃ numerandi. loqueretur ergo sic ironice hoc est contrarium innuendo: vt scilicz tales nō eligāt. Szvocando contemptibiles in ecclesia homines inferiores virtutis et graduz que non sunt summi et supremi in ecclesia. sic serio dicta predicta verba debent intelligi: quia quādiu in ecclesia que est congregatio fidelium: inueniri possunt inferiores idonei: et sufficientes ratione bonitatis et discretionis ad iudicandum de temporalibus et de secularibus litigijs non debent supremi in ecclesia. circa negocia secularia occupari. sed exemplo apostolorum. qui vt habetur actuum. vi. noluerunt derelinquere verbum dei et ministrare mensis. sed orationi et ministerio verbi instare volebant. debent supremi in ecclesia ofoni predicationi verbi dispensationi sacramentorum ecclesie ⁊ alijs spiritualibus bonis instare. secularia iudicia secularibus relinquendo Gregorius Et ista est sententia beati Gregorij qui. xix. libro moralium pertractans predicta verba apostoli ait. Spiritualia dona non caperent si terrena eos negocia deprimissent. longe ante premisit dicens: contemptibiles qui sūt in ecclesia illos constituite ad iudicandum: ac si aperte diceret. qui minoris sunt meriti in ecclesia et nullis magnorum donorum virtutibus pollent: ipsi de terrenis negocijs iudicēt Item per quos magna nequeunt bona suppleantur minora: quos et contemptibiles nominat: et tamen sapientes vocat cuz dicit sic. Non est sapiens quisq̃ inter vos qui possit iudicare inter fratrem suuz: qua ex re q̃d colligitur nisi vt hi terrenas causas examinarent: qui exteriorum rerum sapientiam percepe?t. q̃ aūt spūalib? dōis ditati sūt ꝓfecto terrenis nō debēt negocijs implicari: vt dū nō cogūt inferiora bōa disponere valeāt bōis supioub?

deseruire. Ex bijs verbis datur itelligi q̄ apostolus non vocat contemptibiles in ecclesia viles:infames:7 insensatos: aut fatuos: ꝫ vocat contemptibiles sapiētes:7 in negocijs secularibus peritos:qui 7 non viri spirituales:7 supremi debent constitui iudices ad secularia litigia terminanda. Sed forte quis obijcet dicens:q̄ sicut legitur in decretis distinctiōe xxxix.oportet episcopum secularium negociorum habere peritiam:q̄ beatus Gregorius vt habetur eadē distinctione cap'o Petrus Videtur asserere manifeste. Frustra autez quereretur in episcopis secularium negociorum peritia:nisi ad eos pertineret circa negocia secularia implicari. Ad hoc dicunt isti q̄ non pertinet ad episcopos circa secularia implicari:nisi necessitate cogente: vt inquantū possint caueant:ne circa secularia occupētur:necessitate tamen vrgente possunt 7 debēt in casu pro cōmuni vtilitate secularibus vacare negocijs Et ideo pro tali casu possibili oportet eos negociorum secularium habere solertiaz.nō quidem per longam experientiaz:sed per quandā naturalem industriaz:vt sint quodāmodo natura prudentes:propter quod ait carthaginēse concilium: vt habetur distinctione.xxxij. Qui episcopus ordinandus est: antea examinetur si natura sit prudens: si docibilis. hoc est docilis: Talis enim prudentia cum sacrarum noticia litterarum episcopo sufficit ad hoc q̄ dicatur secularium negociorū habere industriā. [Ad iudicium.] Sic habetur sub'bulla.iuxta quā scripsi verba constitutionis istius. textus tamen est ad iudicandum. [Ad verecundiam vestraz dico subaudi: quia curritis ad iudicia infideliuz.] Aliquando reprehendit eos:quia currebant ad iudicia infideliū. aliquando q̄a habebant iudicia fraudulenta. aliquando q̄a habebant iudicia alia illicita. [Non est inter vos sapiēs quisq̄ qui possit iudicare inter fratrem 7 fratrem suum.] Ex bijs verbis patet q̄ apostolus volebat constitui iudices sapiētes qui possent volentibus litigare:siue fraudulēter:siue aliter iusticiā exhibere. Ex quo nō potest concludi:q̄ non dissuasit pro temporalib? litigare:sicut nec ex hoc non dissuasit contendere. quia voluit constitui iudices sapientes qui ita sopirent iudicia fraudulenta:sicut alia [Sed frater cum fratre in iudicio contendit] Hoc vt sepe malum est ex parte actoris: licet aliquādo sit sine peccato ex pte rei: si ad odiuz discordiam:7 fraudē minime prouocetur [Et hoc apud infideles.] Hoc reprehensibile fuit in illo qui alium ad iudicium infidelium protrahebat:7 pro scandalo infidelium euitando debuit vel iniuriam sustinere vel q̄rere apud fideles iustitiam. [Deinde reprehendit eos q̄ iniuste et fraudulēter fratres suos ad iudiciū trahebant] Et de hoc apostolus specialiter corinthios reprehenderit ex textu non habetur: q̄uis generaliter reprehendendo litigia iniqua:sua reprehēsio sit ad fraudulēta 7 iniusta litigia extendenda.nec ipe hoc sufficiēter probat:sicut post apparebit [Jam quidē omnino delictum est in vobis.quia iudicia habetis inter vos.scilicet fraudulēta et iniuriosa] hec glosa ex textu apostoli trahi non potest. verba enim predicta apostoli duplicem intellectum possunt habere.vnus est iste. Jam omnino delictum est in vobis. hoc est aliq̄ inter vos delinquunt fraudem 7 iniuriam extra iudicium faciēdo:quare aliqui coram iudice cō queruntur 7 hoc solet frequenter accidere q̄ multi in iudicio conqueruntur de delicto ante iudicium commisso in ipsos. Alius intellectus est iste. Jam quidem omnino delictum est in vobis trahētibus alios ad iudicium: q̄a iudicia habetis inter vos. hoc est quia citius amore temporalium trahitis alios ad iudicium q̄ velitis amore proximi pro eius scandalo deuitando: vel eius salute querenda: damnum temporaliuz sustinere. 7 ideo querit apostolus quare nō magis iniuriaz accipitis quare non magis fraudem patimini q̄ vt iniuriā tem ante iudicium:ad iudicium protrahatis: quasi dicat.ante deberetis pro salute ꝓximi 7 perfectionis amore iniuriam accipere et fraudem pati q̄ proximum delinquentez trahere ad iudicium.et ita in his verbis quare nō magis 7c. Apostolus non solum litigia illicita: ꝫ etiam licita dissuadet.quando scilicet est licitum et expediens a licitis litigijs abstinere. Nam abstinere a litigijs illicitis necessitatis est.sed sepe a licitis cessare litigijs superogationis et perfectionis est:sicut a coitu illicito abstinere de necessitate salutis est.a coitu v̄o licito abstinere nōnunq̄ ad perfectionem et superogationem noscitur pertinere.quia igitur apostolus non tantum illa que sunt de necessitate salutis.sed etiaz illa que supererogationis voluit suadere:non tantum ab illicitis sed etiam a quibusdaz licitis abstinere suasit et ita per consequens quedā licita litigia dissuasit. [vnde sequitur.sed vos iniuriam facitis et fraudatis: et hoc fratribus.] hic dimittit verba media apostoli illa scilicet quare non magis iniuriam accipitis 7c. Ex quibus verbis patet q̄ apostolus intēdebat suadere corinthijs q̄ nōnunq̄ corinthij perfectionis amore antea deberent iniuriam accipere ꝛc

*Responsio

Obiectio.

fraudem pati q̄ in iudicio etiam absq; fraude et iniuria litigare. vnde cum dicit apostolus sed vos iniuriam facitis ⁊c. Principaliter loquitur illis qui extra iudicium fraudem et iniuriam faciebant. quāuis etiam ad illos intēderit loqui q̄ fraudē et iniuriam in iudicio facere molirentur. [Et q̄ de talibus qui fraudulenter trahebant fratres ad iudicium intellexerit apostolus] intellexit et de illis si qui tales fuerunt et etiam de alijs: immo aliqua verba intellexit de licite trahentibus alios ad iudicium. [Patet quia statim subiūxit an nescitis quia iniqui regnum dei non possidebunt] Ista verba sunt contra istum impugnatum. quia per hec verba. patet q̄ apostolus intellexit de omnibus inique trahentibus alios ad iudicium. multi autez p̄ter fraudulentos trahunt alios inique ad iudiciuz: sicut qui ex odio: rancore: sup̄bia: inuidia: amore iniquo temporalium: sine omni fraude trahunt alios ad iudicium qui omnes iniq̄ sunt censendi Et regnum dei minime possidebūt [eos agere inique supponēs] alios supponit agere iniq̄: licet sine fraude agant: alios supponit a perfectione deficere: qui amore temporaliū in iudicio litigabant. Et omnes apostolus instruit ad perfectionem exhortans: vt magis iniuriam accipiant et fraudem patiāt q̄ pro temporalibus absq; vrgente necessitate vel euidenti vtilitate speciali in iudicio litigare presumant [vnde patet q̄ apostolus n̄ interdixerit simpliciter corinthijs conuersis ad fidem litigare] veruz est q̄ non interdixit tanq̄ malum nec sēp omibus litigare dissuasit tamen omnibus irregulariter litigare. nisi vrgente necessitate vel euidenti vtilitate specialr cogantur. omnia aūt litigia illicita fraudulenta ⁊ iniuriosa. et alia qualitercūq; illicita simpliciter interdixit [immo q̄ eis liceret ⁊c.] licet quidem aliquādo. ⁊ tamen nōnulla licita litigia dissuasit. sicut sancti plures multis matrimoniū dissuaserunt. ⁊ tamen matrimonium illis licitum existebat. [Omia mihi licent. glosa. omnia mea licet repetere mihi] Dicunt isti q̄ apostolus loquebatur ibidem ī persona illorum qui ꝓprium possident: et verum est de illis q̄ lz eis sua repetere: sine fraude et dolo et absq; omni mala intentōe: tamē cum hoc stat q̄ sepe non repetere res ꝓprias ad perfectionem et supererogationem pertineat. et ideo non repetere res ꝓprias quāuis sit aliquādo licitum: immo aliquādo expediens sicut matrimoniū aliq̄n est expediens: et similiter comedere carnes ⁊ bibere vinuz. tamen apostolus corinthijs volens eos ad perfectionem inducere: nō repetere propria persuadere conabat.

Cap. Cxvi.

Ca. CXVI In prima parte istius capituli recitat aliā cōstitutionis particulā.

Nec per sacrā scripturam patet q̄ christus seu apoli s̄m intellectum hystoricuz semp̄ seruauerunt predicta precepta. de christo em̄ domino nostro legitur. Johannis. xiiij. q̄ cuz vnus ex ministris pontificis dedisset ei alapam non sibi prebuit aliam. sed dixit ei. si male locutus sum testimonium perhibe de malo si bene cur me cedis. Item de beato paulo legitur actuum. xxij. q̄ cum tribunus eum iussisset flagellis cedi: et torqueri et constrixissz eum loris: dixit astanti centurioni paulus Si hominem romanum et indemnatum licet vobis cedere: quo audito tortus non fuit. Item actuum. xxiij. Cum princeps sacerdotum et seniorum p̄cepisset os Pauli percutere. Paulus dixit ad eum. Percutiet te deus paries dealbate: et tu sedens dijudicas me s̄m legem et contra legem iubes me percuti. Itē eodem capitulo legitur q̄ paulus cum audisset a filio sororis sue q̄ plures ex iudeis deuorauerant se non manducaturos: neq; bibituros donec occidant ipsum misit nepotem suum ad tribunum ad nuntiandum sibi p̄dicta et sic euasit: vt legitur. xxiij. q. iij. ca. Maximianus Item cum hierosolymis in manus romanorum traditus fuisset: et iudeis contradicentibus ipsum non expedirent ad cesarem appellauit. vt legitur actuū vltimo. Ex quib⁹ satis liquet q̄ non fuit intentio saluatoris nostri prohibere fideles se in iudicio defendere et res suas nisi quando hoc caritas suaderet. quare patet q̄ predictus hereticus vt p̄uaricator legis diuine allegauerat supradicta capitula q̄ nō tāgūt in aliquo nostras constitutiones predictas.

Scda ps istius capli declarans textū cōstitutiōis

Hic iste probare molitur q̄ auctoritates sumpte ex Matthei q̄nto capitulo debent intelligi de preparatiōe cordis et non de opere exteriori et innuit talem rationem. Christus et apostoli non semper seruauerunt dicta precepta in opere exteriori ergo nec semper in opere sunt seruanda. Antecedens probat. Et primo q̄ christus nō semper seruauit per vnam auctoritatem. secundo q̄ beatus etiam paulus non seruauit p̄ quattuor auctoritates: que omnes patent in littera. Sed dicunt isti impugnatores q̄ iste auctoritates probant tantum q̄ precepta quedam affirmatiua data Matthei quinto capitulo non semper obligāt ad opus exterius:

Rō ꝓbās q̄ xp̄s ⁊ apli n̄ sp̄ seruauerūt dicta p̄cepta ope exteriori.

Tertia ps istius capituli ī probās adducta p̄ constitutionem

cuiusmodi est percutienti corporaliter alterā partem vel eandem percutiendam offerre: ꝫ non probant ꝙ istud preceptum negatiuum.

Non contendere in iudicio pro rebus temporalibus: non sit omni tempore ab aliquibus qnantum ad opus seruandum: sicut nec probant: ꝙ nō repercutere corporaliter manu non sit ab aliquo omni tempore seruandum: ⁊ ita iste auctoritates pro illo impugnato nihil faciunt: quia appellans non intendit asserere ꝙ omni tempore percutiēti sit pars eadez vel alia percutiēda corporaliter offerenda: sed intendit ꝙ ad perfectionez spectat: nunq̄ velle corporaliter repercutere: ⁊ similiter ad perfectionē spectat nunq̄ velle pro tēporalibus in iudicio litigare: quod vt melius intelligatur.

Notandū.

Dicunt esse sciendum ꝙ aliquid est tolerabile īmo meritoriuz et laudabile in vno: qđ in alio est demeritoriū ⁊ dānabile: ⁊ ideo licet in aliquo tolerabile sit: īmo aliquādo laudabile pro temporalibus litigare: tamē in vouēte nunq̄ velle pro temporalibus litigare est dānabile: ⁊ ideo christus suadens dictam perfectionem scilicet vouere nunq̄ velle pro temporalib⁹ litigare suadet: ꝙ dictum suum consilium semp in opere exteriori seruetur. Et si dicas ꝙ christus nō loquitur ibi de aliquo voto. Respondent isti ꝙ q̄uis vocaliter minime de voto loquatur intētio tamen sua est perfectionē summā cuiuslibet veritatis in hac vita possibilez suadere: ⁊ ideo cum talia perfectiora sint cum voto q̄ sine voto: dictum consiliuz suum cum opere de voto debet intelligi: ⁊ ita suadere intendit: ⁊ ꝙ nullus pro tēporalibus nisi necessitate vrgente: vel euidenti vtilitate spirituali cogente contendat: ⁊ ꝙ illi qui volunt viaz ꝑfectionis assumere ad nunq̄ pro tēporalibus contendendū voto se astringant. ⁊ ideo dicūt ꝙ dictum christi consilium non est ab omnib⁹ omni tempore ⁊ omni casu seruandum in opere. sed a vouētibus perfectionem predictaz et nullam dispēsationem rerū ecclesiasticarū habentibus: non tm̄ q̄tum ad preparationē cordis: sed etiam q̄tum ad opus semper est seruādum.

Obiectio Responsio.

Quarta ꝑs isti⁹ capl̄i explanans textū ꝯstitutōis

⌊ Nec per scripturā sacraz patet ꝙ christus seu apostoli ꝑm sensum hystoricū semper seruauerīt precepta predicta. ⌋ Verū est: ꝙ nō seruauerūt omīa precepta predicta: nisi scđm preparationez cordis: sed aliqua seruauerunt ꝑm opus semp: aliqua scđm preparationē cordis. Christus eni nunq̄ repercussit: nec vnq̄ in iudicio pro tēporalibus litigauit. similiter nec beatus Paulus. Petrus vero percutiēs reprehēsus fuit a christo: et post nunq̄ ꝑcussit. Constat igitur ꝙ christus ⁊ apostoli quedā illorum preceptorū semper seruauerūt: quedam vero nō semper. Unde de christo dicit beatus Petrus canonica sua. i. ca. ij. Cuz maledicere tur: non maledicebat: cum pateretur non cōminabatur. ⌊ Non fuit intentio saluatoris nostri: prohibere fideles: se defendere in iudicio et res suas ⌋ Multiplex est defensio persone vna est per rationem et illam saluator noster nulli fideli ꝓhibuit pro omni tempore. tamen exempla dedit aliquo tempore tacere. Nā vt refert Matth. xxvi. Princeps sacerdotū dixit iesu. Nihil respondes ad ea que isti aduersum te testificantur. Jesus aūt tacebat. Alia est defensio persone que est violentie per vim repulsio. ⁊ taliter se defendere saluator prohibuit alios fideles suos. s. apostolos suos et volentes vouere seu vouētes perfectionē hmōi Non autem prohibuit omnes fideles se tali modo defendere. Defensio etiā rerum ē multiplex. vna est que est violentie per vim repulsio et illam prohibuit saluator quibusdam fidelibus sed non omnibus. Alia est per litigium contentiosum in iudicio et sic etiam ꝓhibuit alios et non omnes. multis tamē suadetur sic res suas nequaq̄ defendere. qui tamen a tali defensione nullatenus prohibent. Alia est defensio per rationem extra iudiciuz per simplicem ammonitionez ne res sue quātum ad dominiū vel vsum auferantur iniuste et tali modo defendere res suas siue quātum ad dominiū siue quātum ad vsum christ⁹ nullos fideles prohibuit. licet iniunxerit non defendere etiam tali modo quātum ad preparationem cordis non quantum ad opus ⌊ quare patet ꝙ p̄dictus hereticus ⌋ dicunt isti ꝙ ista sūt v̄ba ꝯtumeliosa oī veritate nudata vt per p̄cedentia asserūt apte patere Cap̄. Cxvij.

Nota multiplex est defensio

Cap̄. CXVII Prima ꝑs istius capituli in q̄ q̄rit vtrū apl̄is ⁊ discipul̄ ac eorū seq̄ntib⁹ ꝑ reb⁹ q̄s habebāt licuerit ac liceat litigare

Cum ergo querit

c vtruz apostolis et discipulis ac eorum sequentibus pro rebus quas habebant licuerit et liceat litigare. videtur dicendum ꝙ illis qui propria non habebant pro rebus aliquibus tanq̄ proprijs non licuit litigare. Illis autem qui habebant communia pro illis vt pro cōmunibus animo ip̄a bona communia defendendi vel repetendi sine fraude et alicuius iniuria licuit litigare. presertim illis qui curam habebāt illius cōmunitatis vel alij eorū mādato. nisi forsan ex hoc graue scandalū sequi posset: quo casu esset iudiciū differendū vel omittendū. tā graue scādalū posset sequi.

Scđa ꝑs isti⁹ capituli declarās textū cōstitutionis

Postquā in parte pre

cedēti iste ipugnat⁹ iprobauit assertionē ap-
pellāt̄ circa q̄stionē q̄ q̄rit̄: an apl̄is licuerit ꝓ
reb⁹ tpalib⁹ litigare. h̄ ad eādē q̄stionē ꝓpriaz
pōit sniam: ⁊ qꝛ ipe in hac pte istaz questionē
etiam ad discipulos et sequentes apostolorū
extendit. ideo hic tria molitur ostēdere. Pri-
mo enim proponens questionem determinat
ꝙ apostolis licuit tam pro temporalibus pro
prijs q̄ꝫ pro communibus litigare. Secundo
ostendit ꝙ religiosis pluribus licet pro tem-
poralibus litigare. Tertio ꝓbat ꝙ episcopis
pro rebus ecclesiarum suarum liceat litigare
scd̄m facit in parte immediate sequenti. Ibi.
Et si diceretur. tertium ibi. Item ꝙ prelatis
Primo igitur extendens questionē etiam ad
alios q̄ꝫ ad apostolos dicit ꝙ cuz queritur an
apostolis et discipulis ac eorum sequacibus
licuerit pro temporalibus litigare videtur di
cenduz: ꝙ illis qui propria non habebant nō
licuerit tanq̄ꝫ ꝓ ꝓprijs litigare: illis autē qui
habebant cōmunia licuerit tanq̄ꝫ pro cōmu-
nibus litigare. Per hanc assertionem vult as
serere manifeste ꝙ apostolis pro rebus tem-
poralibus tam tanq̄ꝫ pro proprijs q̄ꝫ tanq̄ꝫ pro
cōmunibus licuerit litigare. quia aliquando
apostoli habuerunt res proprias quātum ad
dominiū. quia ꝟm istum post distributionem
bonorum cōmuniū de qua fit mentio act. ij. ⁊
iiij. quilibet apostolus fuit proprietarius ⁊ do
minus portionis sibi assignate: ⁊ ideo tūc po
tuit quilibet eorum pro rebus suis tanq̄ꝫ ꝓ ꝓ-
prijs litigare. Aliquando vero ꝟm ipsum non
habuerunt nisi cōmunia: sicut illo tempore d̄
quo dicit̄ act. ij. et. iiij. ⁊ erant eis omnia com
munia ⁊ tunc licuit eis pro rebus tanq̄ꝫ ꝓ cō-
munibus litigare. ⁊ ita omni tempore postq̄ꝫ
fuerunt apostoli ad apostolatum assumpti li
cuit eis pro rebus temporalibus litigare: sed
aliquādo sicut pro rebus proprijs: ⁊ aliquādo
sicut pro rebus cōmunibus. Sed isti impu
gnatores contra predicta duo probare conā
tur. Primum est ꝙ apostolis non licuit ꝓ re-
bus quibuscunqꝫ tanq̄ꝫ pro proprijs litigare.
Secundo ꝙ non licuit eis pro temporalibus
tanq̄ꝫ pro cōmunibus litigare. Primū ꝓbant
primo sic. Apostoli postq̄ꝫ fuerunt ad aposto-
latum assumpti non habuerunt res proprias
sed qui non habet res proprias non potest
nec debet pro rebus tanq̄ꝫ pro proprijs litiga
re etiam ꝟm istum. ergo apostolis non licuit
pro temporalibus tanq̄ꝫ pro proprijs litiga-
re. maior in pluribus locis superius est proba
ta. minorē iste concedit. Secundo sic. Apo
stolis postq̄ꝫ facti fuerūt predicatores euāge-
lice paupertat̄ nullo modo licuit facere illud

Tertia ꝑs isti⁹ ca
pl̄i in q̄ ipugnato
res duo ꝓbant

Primū probat̄
ꝑmo

Secūdo probat̄.

quod auditores poterat auertere ab euange-
lica paupertate: quia ad euangelicam paup-
tatem doctrina et exemplo suos debuerāt in
ducere auditores. sed si litigassent pro tempo
ralibus tanq̄ꝫ pro rebus proprijs: exemplo suo
auditores auertissent ab euangelica pauper-
tate. Nam quodammodo naturale est audito
ribus et inferioribus suos imitari magistros
⁊ prelatos. iuxta illud sapientis ecclesiastici
x. ꝟm iudicez populi sic ⁊ minister eius. ⁊ qua
lis rector est ciuitatis tales et inhabitantes
in ea. ergo nullo modo licuit apostolis ꝓ tem
poralibus tanq̄ꝫ pro proprijs litigare. Qꝛ au-
tem apostoli si litigassent pro temporalibus
tanq̄ꝫ pro proprijs exemplo auertissent alios
ab euangelica paupt̄ate: patet. quia ad euan
gelicam paupertatem pertinet abdicatio ꝓ-
prietatis omniū saltem in speciali. sicut supe-
rius probatum existit. sed constat ꝙ a tali ab
dicatione alios suo auertissent exemplo. ergo
auertissent auditores ab euāgelica pauperta
te. Sed forte dices ꝙ ꝟm hoc omnes epi-
scopi habentes proprium et pro proprijs liti-
gantes suos subditos ab euangelica pauper
tate auerterent. Dicunt isti concedendo cō-
clusionem ꝙ exemplo quodammodo auertūt
eos ab euangelica paupertate. sicut exemplo
auertunt eos a religionis ingressum: licz hoc
non intendant. ⁊ ideo in hoc non peccant: qꝛ
faciunt quod licet eis: licet supererogationis
esset in eis si a talibus abstinerent. Apostoli
autem non solum obligabantur ad ea que ne
cessitatis sunt. sed etiam ad ea que superero-
gationis sunt maxime quātuz ad illa que per
tinent ab obedientiam castitatem et pauper
tatem et ideo ipsi peccassent: si exemplo suo
alios auertissent ab euangelica paupertate.

Obiectio bona.

Responsio

Tertio sic. non minus perfecte seruabant
apostoli preceptum et doctrinam saluatoris.
de non contendendo in iudicio q̄ꝫ modo ser-
uant monachi et alij religiosi. sed monachis ⁊
alijs religiosis non licet pro temporalibus tā
q̄ꝫ pro rebus proprijs in iudicio litigare. sicut
per regulas eorundem et sacros canones liq̄-
do constat. ergo nec apostolis licuit pro tem-
poralibus tanq̄ꝫ pro rebus proprijs in iudicio
litigare. Secundo ostendunt ꝙ etiam apo
stolis non licuit pro temporalibus communi
bus in iudicio litigare. quod probant primo
sic. Illis qui non debuerunt secularibus ne-
gocijs prohibitis implicari: etiā non licuit ꝓ
temporalibus cōmunibus litigare. cum liti-
gare ꝓ temporalibus sit inter negocia secula
ria ꝓhibita ꝯputandū. Nam ⁊ magūtinense
conciliū vt habet̄ extra. ne clerici vel mōachi

Tertio ꝓbat̄ pri-
mum

De scd̄o.

Prima ꝓbatio

secularib⁹ negocijs se imiſceāt.c.i. enumerās negocia ſecularia inter alia ponit contentiones:lites:rixas amare:et in placitis ſecularibus diſputare: ꝫ apoſtolis nō licuit negocijs ſecularibus implicari. teſte apoſtolo qui.ij.ad Thy ij.ait. Nemo militās deo implicat se negocijs tēporalib⁹:ergo apoſtolis nō licuit pro tēporalibus cōibus litigare.

Scōa probatio.

Scōo ſic. Illis qui nō habuerūt dominiū cōe temporaliū: nō licuit pro tēporalibus cōibus litigare:ſed apoſtoli nō habuerūt cōe dn̄iuz temporaliū. Hoc p⁹ multiplicit̄ eſt oſtenſum: ḡ aplis nō licuit pro tēporalibus cōibus litigare.

Tertia probatio.

Tertio ſic. Illud nō licuit aplis qđ ꝼm ſe iplicat ad peccatū:7 ſine quo apli potuerūt vitā iſtā tranſigere 7 ſua officia exercere:ſed pro tēporalibus cōibus in iudicio litigare implicat ad peccatū:7 ſine tali litigio poterāt vitā preſentē trāſigere 7 officia ſua exercere:ergo nō licuit apoſtolis pro cōibus tēporalibus in iudicio litigare.

Quarta ꝓbatio

Quarto ſic. Illd nō licuit aplis qđ apud infideles quos apli laborabāt conuertere: ſuſpitionē habuit cupiditatis:maxime ſi ſiue illo apli poterāt conueniēter inſtentari:7 predicationi:ac ſpiritualibus bonis intēdere:ſed litigare pro cōibus temporalibus apud infideles habuit ſuſpitionē cupiditatis:quia nōnulli ita ſunt cupidi bonoꝝ cōmuniū: ſicut ꝓprioruz:vel ſaltē conſtat: q̄ reſpectu cōmuniū tpaliū poteſt eſſe cupiditas:preſertim quādo non poſſunt in ꝓprio poſſidere. Sine litigio aūt poterāt apoſtoli ſuam ſuſtentare naturā: ac pdicationi:7 aliis ſpiritualib⁹ bonis conueniēter inſiſtere.ergo apoſtolis nō licuit pro tēporalib⁹ cōibus litigare.

Obiectio bona.

Sed forte obijciet aliquis:q̄ per primā rationē:7 tertiā:ac quartaz probaret̄: q̄ prelatis eccleſie:nō liceret pro tēporalibus cōibus litigare:cū nō debeāt ſe negocijs ſecularibus implicare:nec illa facere:q̄ implicāt ad peccatū. 7 debeant ſuſpitionē cupiditatis auferre.

Reſponſio.

Ad hoc dicūt iſti q̄ apoſtoli qui erāt primi fundatores eccleſie poſt xp̄m ad maiorē ſuperogatiōis perfectionē obligati fuerūt q̄ prelati ſequēres.7 ideo multa nō licuerūt aplis: que tamē aliis plat̄ modo licent Ipſis enī nō licuit portare pecuniā extra tps neceſſitatis:qđ tn̄ prelat̄ modo nullaten⁹ inđictū exiſtit:ſicut nō debuerūt portare calciamenta:qđ tn̄ platis licet.

Quīta ꝓbatio.

Quinto ſic arguūt iſti. Pauptas fratrū minoꝝ nō eſt altior nec perfectior aplica pauptate: cū ipi pauptatē apli caz imitenť:ꝫ ex pauptatis altitudine:quā vouēt fratres minores ipis nō licet pro tpalibus etiaz cōib⁹ in iudicio litigare: ſicut ex reſcriptis aplicis:7 decretalib⁹ ſummoꝝ pontificū patēt

ter habeť: ḡ multo fortius h̄ nō licebat aplis.

Dicūt igit̄ iſti q̄ aplis qui vite xp̄i q̄ nunq̄ ꝓ tpalibus litigauit imitatores pfecti fuerī. nō licuit pro quibuſcūq̄ tpalibus litigare:quia litigare pro tpalibus:nec ipis:nec ſuis auditoribus fuiſſet expediēs:imo ad nō litigandū pro quibuſcūq̄ tpalibus ſe voto aſtringere aplis 7 aliis expediebat:per hoc enī ab ipedimento pdicatiōis:ozōnis:7 alioꝝ ſpiritualiū ſe notabilit̄ abſtrahebāt: 7 ſe nullaten⁹ pro tpalibus nec in ſpeciali nec in cōi veritatē euāgelicā pdicare patēbat:ſeq̄ pfecte ꝓfidere in diuina prouidētia declarabāt. Nec appareret aliqua ratio cogēs:quare ptātem pro tpalibus litigādi nō debuerūt reliquere:ſicut oīa tpalia relinquebāt. Si enī direris q̄ propter vtilitatē fideliū:vt.ſ. tēporalia fidelib⁹ diſpēſanda ſi auferrenť iuſte recuperarēt: vel ſi vē dicarenť iniuſte retinerēt non debuerūt poteſtatē in iudicio litigandi relinquere: eadē facilitate tibi dicet̄:q̄ debuerīt pdia:7 poſſeſſiones:ciuitates 7 caſtra:aurū 7 argētū:ac alias diuitias congregare:vt eas fidelibus vtiliter diſpenſarent.et tamen pro vtilitate ſpiritualiū oium dimiſerūt:et ita etiā pro bono ſpirituali oim ptātem litigādi in iudicio pro q̄buſcunq̄ tēporalibus abiecerunt. [Cum ergo queritur vtrū aplis 7 diſcipulis et eoꝝ ſequacibus pro reb⁹ quas habebāt licuerit 7 liceat litigare.]

Obiectio

Reſponſio.

Iſta eſt noua queſtio que antea nō fuit ꝓpoſita. Nulla queſtio ꝓor fuit tm̄ de aplis. Iſta āt de aplis 7 aliis:7 ideo ad priorē:7 ad iſtam nō eſt eadē dāda reſpōſio. Naz ad priorē de aplis tm̄ eſt reſpondenduz ſimplicit̄ negatiue. Ad iſtā autē reſpondendū eſt partiz negatiue 7 ptim affirmatiue: quia apoſtolis 7 quibuſdā diſcipulis 7 ſequacibus nō licet nec licuit in iudicio litigare. quibuſdā vero diſcipulis licuit nō ſolū pro ꝓprijs 7 cōibus:ſed etiā pro villis 7 ciuitatibus: imo pro regnis ſibi 7 aliis principibus licuit litigare: q̄a oēs xp̄ianos noīe diſcipuli cōprehēdit.7 iō hic ꝓponit̄ queſtio de omnib⁹ xp̄ianis. [Illis q̄ ꝓpria nō habebāt pro reb⁹ aliq̄bus tanq̄ ꝓprijs nō licuit litigare.]

Quarta ꝓs iſti⁹ capituli in q̄ accedit ad litterā

Hic nō reſpōdet directe ad queſtionē de aplis.idirecte tm̄ reſpōdet inſinuās per argumentuz a cōtrario ſenſu:q̄ aplis ex quo aliq̄n etiaz poſt miſſionē ſpiritus ſancti propria habuerunt.licuit pro ꝓprijs litigare. [Illis aūtē qui habebāt cōia pro illis vt pro cōib⁹ animo ipa bona cōia defendēdi vl̄ repetēti ſine fraude:7 alicui⁹ iniuria licuit litigare.] Hic ēt inuit rationem ad queſtionē de apoſtolis q.ſ. illis pro cōmunibus licuit litigare illo tpe quo habuerūt tpalia cōia.qđ fuit q̄n iudei cōuerſi ad

predicationem iudei vendiderunt ea que habebant et posuerunt precia ante pedes apostolorum ⁊ presertim illis q̄ curaz habēt illius cōtratis. ⁊ Ex hoc vult q̄ ad apl̄os p illo tēpe quo habuerūt cū alijs omia cōmunia pcipue ptinebat p cōib⁹ litigare ⁊ vel alij eoz mādato ⁊ quia fm eum q̄ pcuratores poterāt litigare ⁊ nec forsan ex h̄ graue scandalū seq̄ posset ⁊ tale possz esse scandalū q̄ etiā nō deberet q̄s p ꝓpijs litigare. Cap. Lxviij.

Cap. CXVIII Prima ps isti⁹ capli recitās aliā p tē text⁹ cōstitutionis.

T si diceret vt dicit iste hereticus q̄ viris pfectis p rebus religionū suarū eēt ꝓhibitū litigare oēs religiosi qui renūtiauerūt ꝓpijs et habēt in cōi vt sunt illi qui viuūt fm regulam beati augustini ac sancti benedicti ac q̄ oim aliorū sanctoz patrū diuersarū religionū fundatoz qui habēt in cōmuni in via damnationis exstiterūt bona cōmunia in iudicio defendēdo: qui tamen tenent seruare ⁊ tuen ⁊ defendere bona illa. qō ex eo pz q̄ augustin⁹ ad bonifaciū dixit maximus eps vagien. auxiliū petijt ab impatore xp̄iano ꝛ hec. nō tā sui vlciscendi causa q̄ tuende eccl̄ie sibi tradite qō si ptermisisset nō eius fuisset laudāda patiētia: sed negligētia merito culpanda

Scda pars explicās p̄dicta.

Jn ista parte probat q̄ pluribus religiosis lz p tpalibus cōibus litigare imponēs appellāti q̄ dicat nō licere viris pfectis p rebus religionū suarum litigare qō ꝓbat ꝓmo ducēdo ad incōueniēs. q̄a si nō liceret eis in iudicio litigare oēs qui tenētur cōia bona defendere in statu dānationis existerent. Secundo ibi. qō ex eo pz. idez ꝓbare molit auctoritate augustini q̄ pz in lr̄a. Sed isti impugnatores dicūt conclusionē quā hic ꝓbat esse veram: sed dicūt q̄ reprobat appellantē nō ad intentionē ipius: quia nō intēdit appellās asserere q̄ oibus viris quomodocūq̄ pfectis sit ꝓhibitum p tpalibus in iudicio litigare. sicut nec quibuscūq̄ pfectis fuit ꝓhibitum matrimonio vti. immo sicut multi fuerunt perfecti qui matrimonio vsi fuerūt. Jta multi fuerunt perfecti qui p temporalib⁹ poterant litigare: sed intēdit appellans q̄ sicut qui sunt pfecti quadā pfectione superogationis que est per votum virginitatis vel continentie ꝓhibent vti matrimonio: ita qui sunt pfecti quadā pfectione superogationis: q̄ est per votum abdicationis ꝓpriet atis omniū in speciali etiā ⁊ in cōmuni quales fuerunt apostoli ꝓhibentur pro temporalibus quibuscunq̄ in iudicio litigare. et ita dicunt q̄ iste ꝓtra

Tertia ps isti⁹ capli declarans tertiū cōstitutiōis

appellantē cauillose ꝓcedit: sicut bacten⁹ cō sueuit. ⁊ Jn viris pfectis pro rebus suarū religionū esset ꝓhibitū litigare ⁊ hoc nō dicit appellās de omnibus religiosis sed de bis tm̄ qui ꝓpriet atem oim in spāli ⁊ in cōmuni abdicarunt ⁊ Omnes religiosi qui renūtiauerūt ꝓpijs ⁊c. hoc sequeret si appellans intellexisz de perfectis nō vltima pfectōe superogatōis sed de illis minime intēdebat h̄ de alijs ⁊ maxim⁹ eps vagien ⁊c. ⁊ licet conclusio prius babita fit vera. ista tamen auctoritas augustini nō facit ꝓ ipsa nisi dicas q̄ iste maximus eps fuerit eps ⁊ religiosus. Cap. Lxix.

Quarta ps isti⁹ cap̄. ꝓcedit ad litere explanatōez

Cap. CXIX Prima ps istius capli recitat cōsequēter textus particulam.

T em q̄ prelatis quoz status reputat pfectio: alijs et qui locum tenēt apostoloz ꝓ rebus suarū eccl̄esiarū litigare liceat. patet. Nicolaus em̄ papa pcepit archiepiscopo treuerensi et eiusdem eccl̄esie filijs: vt spūali simul et materiali gladio tam diu occupatores possessionuz et rerū ipsius eccl̄esie insequerentur eozumq̄ fautores quousq̄ cū integritat e possessiones ⁊ res alie eccl̄esie occupate fuerit reuocate. xvi. q. i. ca. Auctoritate. quod nō fecisset si hoc licituz nō fuisset. ad quod facit extra de sentētia excōmunicatōis. ca. dilecto. libro vi. de restitutione spoliatoz. c. cū olim. Jtem in concilio gangrensi. statutum fuit q̄ si quis oblata deo dederit vel accepit ꝓter epi consensum qui ab eo institutus est ⁊ qui dat ⁊ qui accipit anatbema sit. ⁊ sequit̄. Jniquū em̄ cēsemus vt potius custodes cartarū q̄ defensores reruz creditarū vt preceptū est iudicemur xvi. q. i. c. Jn canonibus. Jnnocentius quoq̄ tertius hoc scz q̄ renūciantibus ꝓpijs et habentibus in cōmuni pro cōibus liceat litigare expresse determinasse videt ex de iudicijs ca. Cum deputati.

Scda ps isti⁹ capli declarans tertiū cōstitutiōis

Tertia ps istius capituli ꝓbās adducta p constitutionem

Hic probat q̄ episcopis etiā pro rebus ecclesiarum suarum liceat litigare: ad quod q̄nq̄ auctoritates adducit. Sed dicunt isti impugnatores q̄ prelatis ecclesie non solum p rebus ecclesiarum suarum sed etiam pro rebus ꝓpijs immo pro villis et ciuitatibus ꝓpijs est licitum litigare. et ideo q̄uis nonnulle auctoritates adducte ad istam conclusionem non faciant: nec valet arguere. Prelati tenent locum apostolorum et prelatis pro temporalibus litigare licet. ergo et apostolis licuit pro temporalibus litigare. Nam lz prelati q̄tum ad aliquid teneāt locum apostoloz. s. quātum ad iurisdictionem spūalē et p̄dicationē euāgelij ⁊ dispensatōnē

sacramētoꝝ: nō tn̄ q̄tum ad oia tenēt locum apostoloꝝ, immo nōnulla licent p̄latis q̄ apostolis nō licebāt. licuit ei epīs habere vxores quia q epi nō habeāt vxores nō ē ex statu episcopali cū epī habeāt vxores in ecclesia orientali: sed est ex ordinatōe ecclie: z spōtaneo episcopoꝝ cōsensu in ecclia occidētali: z ita q̄tū ad castitatē epī nō succedūt aplis: nec etiam succedūt eisdem q̄tum ad abdicatōnē tpaliū et ideo tale argumentū. hoc lz epīs g̃ licebat aplis: sophisticū est censendū. [P̄elat quorum status reputat pfectioꝝ alijs] q̄tū ad aliqua nō q̄tuz od oia [qui locum tenēt aplorꝝ] quātū ad aliqua nō quātum ad oia eo q mlta licent epīs que nō licuerūt aplis. Nam aplis nō erat licitū occupatores possessionū ecclesiarum insequi gladio materiali [qđ nō fecisset si hoc licitū nō fuisset] melius dixisset z securius quod vniuersalis ecclia mime approbassz si licitum nō fuisset. Papa em̄ potest illicita ppetrare. Nam multos papas ꝓstat scelera i manissima cōmisisse sicut hereses p̄dicasse: fauisse hereticis: diabolo fecisse homagium: catholicos impugnasse: homicidia perpetrasse ydolis immolasse: inualisse papatū: fornicationes: adulteria: rapias: z alia flagitia pegisse [cū deputati] illud capitulū nō loquit de episcopis: sed de templarijs: z ita p religiosis adduci debuit: sic ē ꝺ q̄busdā alijs capitul̄ q̄ adducit. Tertia ps p̄ncipal̄ oper̄ tc. Cap. Ext.

Quarta ps capli ad lr̄am ꝓcedit.

Cap. CXX Prima ps istius capituli recitat p̄mā ptē textus cōstitutiōis. Quia quoꝝūdam

Dhuc iste hereticus

ꝓstitutionē q: quoꝝūdam repugnare nitit̄ dicēs q de claubus ecclesie male docere videt̄: qz in dubiū reuocat siue negat: clauē scie ecclie catholice fore cla uem. Cum em̄ in dubiū reuocet vtruz scientia clauis ecclie sit censenda: et sup hoc opiniōes p̄rias z diuersas recitet in partē istā q scientia nō sit clauis in ecclia declinare videt̄: cuz dicat q saluatoꝝ noster in p̄missiōe clauiū facta beato petro ꝺ sensisse videat̄ exp̄sse: cū immediate post illā p̄missionē subiūxerit qđcunq ligaueris sup terrā erit ligatū z in celis tc. nulla de scia bita mētione. q̄ sacre scripture z sanctoꝝ ecclie sciētijs z doctrie ecclie catholice vt dicit iste hereticus contradicūt. Ad qđ inducit quod legit̄ Luce. xi. vbi saluatoꝝ noster sic dixit. Ve vobis legisperitis q̄ tulistis clauē scie: ipi nō introistis z illos q̄ introibāt p̄hibuistis. Ex quo patet vt dicit q clauis scientie est vna clauis ecclesie a clauē potētie separata.

Scōa ps istius capituli declarāste xtū cōstitutionis

Jsta est tertia ps p̄ncipalis totius tractatus istius ꝓstitutiōis in qua post q̄ iste impugnatus rndit ad obiectiones appellātis cōtra ꝓstitutionē ad ꝓditoꝝ et cōtra ꝓstitutionē. Luz inter. Nūc respōdet ad obiectōes eiusdē appellātis cōtra cōstitutionem. qz quoꝝūdam. z diuidit̄ in duas ptes ſm q ad obiectōes ꝺ duas assertōes eiusdem ꝓstitutionis. qz quoꝝūdaz nit̄ rndere. Scōa pars incipit ibi. Jtem impugnat adhuc. P̄rima diuidit̄: qz p̄mo recitat obiectionē appellantis. scōo respondet eidē in parte immediate sequēti ibi ꝓfecto. dicit ergo p̄mo q appellans ipm impugnare molit̄: quia nō ponit scientiam aliquo modo esse clauē ecclesie quod diuine scripture repugnat: cum xp̄s dicat Luce. xi. Ve vobis legisperitis q̄ tulistis clauem scie. Sed dicūt isti impugnatores q trūcate recitat obiectōes appellātis: qz post dictā allegationē de Luc̄. xi. sumptā appellās immediate subiunxit. Et rabanus exponens illud Matth̄. Et tibi dabo claues regni celoꝝ dicit sic. clauē aūt regni celoꝝ ipam discretōez z potētiā noīat. potētiā q̄ liget vel soluat discretionē qua dignos vel indignos discernat ꝺ rabanus: z in decretis. xx. di. ōz sic. In negocijs diffiniēdis nō solū necessaria est scia: ꝺ et ptās. Unde xp̄s dicturus petro. q̄cūq ligaueris tc. P̄rius sibi dedit claues regni celoꝝ. in altera dās ei sciam discernēdi inter lepraz et lepā. in altera dās sibi ptātē ejciēdi alios ab ecclia vl̄ recipiēdi. ꝺ ibi. Ex qđ clare pz q clauis scie est vna clauis distincta a clauī potētie z p̄riū dicere scripture diuie z ecclie catholice obuiat manifeste. z de hac materia i dicta appellatōe plira clarius ꝓtinet. Ex his patet apte q iste impugnat aliqs obiectōes appellant̄ omittit. ad q̄s nō rndet: qz dicūt q rndere nō pōt. q̄ aūt sit intētio appellātis in sequēti capitulo apparebit. [Repugnare nitit̄.] ita ꝓtinet sub bulla artificiosius tn̄ dixisset impugnare nitit̄ [Jn dubiū reuocat siue negat clauem scie ecclesie catholice fore clauē] non solum reuocat siue negat sciam fore clauē distinctam realiter a claue potētie. Sed etiam negat q est clauis distincta vel nō distincta: et in hoc errat apte [Luz em̄ i dubiuz reuocet vtrum scia clauis ecclesie sit censenda] qz nō solum reuocat i dubiū. An scientia sit clauis distincta realiter a clauī potentie: sed etiā an sit clauis: [nulla de scia babita mētōe] vocali: sicut nec de claue potētie mentio fit ibi vocalis: sed fit ibi mētio vocalis de actu ligādi et soluēdi. de scia aut̄ z potētia sentētialiter fit mētio. qz ad hoc q aliqs rite liget z soluat oportet q̄ habeat z sciam z potētiā. [Ex quo

Tertia ps istius capituli ꝓpugnat predicta

Quarta ps istius capituli in q̄ accedit ad litterā

paret vt dicit q clauis scientie est vna clauis ecclesie a claue potētie sepata. ¶ Dic male recitat appellantē 7 sibi falsum imponit qr nus q̄ dixit q clauis sciētie est vna clauis a claue potentie sepata: lz dicat q est a claue potētie distincta. Nō oīe aūt distinctū ab aliquo est separatū ab eodē. Anima eī distincta ē a corpore: etiā existens i corpore: 7 tn aia tūc nō est a corpore sepata. Persona etiā filij distincta ē a psona patris: fm catholicā veritatē (lz iste impugnat9 publice predicauerit oppositū sicut fert) 7 tn psona filij non ē a pte sepata: qr filius ē i patre: 7 pater i filio. Accidens etiā ē distinctū a sba in qua ē: 7 tn nō ē a sba sepatū. sic dicūt isti q fm appellantē clauis scientie est aliquo mō distincta a claue potentie vl fm rē vel fm rōnē vel fm nomē: qr aliū connotat effectū: vel quocūq; alio modo: nō tn ē a claue potentie sepata Cap. Cxxi.

Cap. CXXI In prima parte istius capitulj recitat aliā costitutionis particulā.

Rofecto patet q p eius malicia adeo istū hereticū excecauit: q ad veritatē aliquā neqt erigere intellectū. dicat nobis iste hereticus q̄ bus loquebat saluator i verbis predictis. pro fecto negare nō pōt: quin loquerē pharisei et scribis: qr hoc isse textus dicit expresse q̄b9 tn claues ecclie tradite quouis tpe nō fuerūt vnde pz q nō intellexit loq̄ de clauib9 ecclie dns i verbis predict9, attēdat adhuc iste hereticus verba saluatoris nostri. Dixit eī ve vobis legispitis q̄ tulistis clauē scientie. clauem dixit sciētie nō dixit clauē regni celoz de q̄b9 claubus: cū de clauib9 ecclie loquimur ē itelligendū Illas eī petro a xp̄o pmissas legim9 et nō scientie clauē: vt pz matth̄. xvi. vbi dns petro sic dixit. Ego dico tibi q tu es petrus: 7 super banc petrā edificaui ecclīam meā: 7 porte inferi nō prealebūt aduersus eā: 7 tibi dabo claues regni celoz. De clauib9 aūt istis regni celoz Aug̃. primo de doctrina xp̄iana sic dicit. Has claues dedit eccle suevt q̄ solueret i terra soluta essent in celis: 7 q̄ ligaret i terra ligata essent i celis. hoc etiā saluator dixisse vi detur expresse ibidē: sicut constitutio p̄dicta: quia quoūdā dixit qr imediate post verba illa tibi dabo claues regni celoz. subiunxit qō cunq; ligaueris super terrā: erit ligatū et i celis: 7 quodcūq; solueris sup terrā erit solutū 7 in celis. Et si querat que sit clauis scientie de qua dns loquit̄. luc. xi. Respondet glosa q clauis scientie diuine ē xp̄i būlitas quā q̄ bz: habet apertū ostiū ad intelligēdū scripturā. hāc pharisei et legisperiti cōtempserunt: nec ipsi eā i lege 7 ppbetijs voluerūt intelligere: nec ab alijs intelligi permiserūt. Item clauis sciētie pōt dici fides fm illud. Esa. vij. Nisi crediderītis nō intelliget̄. Hanc clauē sciētie. s. xp̄i fidez: pharisei 7 legisperiti suis prauis expositionib9: de lege 7 ppbetarū dictis absulerāt q̄tum in eis fuit: sicut 7 iste hereticus: vt pz ni tit̄ auferre. Hāc clauē. s. fidē: habebat Petr9 anteq̄ dns sibi pmitteret regni celoz claues: vt pz in pallegato capō. Matth̄. xvi. Cū eī dns apl̄os interrogasset: quē dicebāt homies esse filiū hois. 7 post modū diceret eis vos aūt quē me esse dicitis. Respondēs Petrus dixit tu es xp̄s filius dei viui. Et sic pz q hanc clauē. s. fidei Petr9 hēbat āte pmissionē p̄dictaz habebat etiā humilitatē: als de9 pater hec nō reuelasset ei: qui talia reuelare puulis. i. humilibus cōsueuit. iuxta illud Matth̄. ca. ij. Cōfiteor tibi pater qui abscōdisti hec a sapiētibus 7 prudētibus: 7 reuelasti ea puulis. et iuxta illud Psalmiste. sciam dat puulis: 7 q pater petro reuelauit responsionē p̄dictā: hoc imediate subiūxit dns noster: q̄ imediate post responsionē eiusdez petri: eidē petro sic dixit. Beat9 es symō bariona: qr caro 7 sanguis nō reuelauit tibi: sed pater meus qui in celis est.

Scōa pz istius capituli i qua explicat textū p̄dictū.

In parte ista iste ipugnat9 ad pmissaz obiectionē appellātis nitit̄ respōdere: dicēs q xp̄us in verbis pmissis nō loquit̄ de claubus ecclie: 7 p̄ sequēs illa verba nihil facit̄ pro appellāte. q aūt ibi nō loq̄tur da clauib9 ecclie, pbat pmo sic. Dns loquitur ibi pharisеis 7 scribis sed illis nullo tēpore date fuerūt claues ecclie: g̃ nō loquit̄ ibi de claue ecclie. Scōo ibi. attendat adhuc, pbat idē secūdo sic. Domin9 in ꝟbis pmissis loquit̄ de claue sciētie: nō de clauib9 regni celoz: sed claues ecclie sunt claues regni celoz. g̃ nō loquit̄ de clauib9 ecclie. Ꝫ claues ecclie sint claues regni celoz, pbat duplicit̄. Primo qr claues ecclie sunt ille quas domin9 pmisit petro 7 successoribus eius. sed xp̄us pmisit petro et successoib9 eius claues regni celoz: sicut pz Matth̄. xvi. g̃ 7c. Scōo probat idē auctoritate augustini Primo de doctrina xp̄iana ibi et hoc etiā vt dicit. Tertio ibi 7 si queratur. Probat eandē questionē. Tertio sic. Clauis scientie de qua loquit̄ dns Luce. xi. Est xp̄i humilitas 7 fides xp̄i: quarū vtrāq; phariseі minime habuerūt. sed petrus habuit vtrāq;: anteq̄ domin9 pmitteret sibi claues regni celoz. ergo petrus habuit clauez scientie anteq̄ haberet claues regni celorum. 7 per consequēs anteq̄ haberet claues ecclesie. ergo clauis scientie non est clauis ecclesie: nec clauis regni celoz.

Tertia ps impugnās p̄dicta

Sed dicūt isti q̄ hic versute p̄cedit: cernens eni se nō posse p̄clusionē suā defendere: patētes obiectiōes omittēs. vnā que nō est ita aperta nititr impedire. Ūn isti cōtra ipam duo faciūt Primo eni conātur ostēdere q̄ erroneū est dicere: q̄ clauis sciētie nullomō est clauis ecclie seu regni celoꝝ. Scō declarare conant quō mēbrū q̄ impedire molit i suo roboꝛe pseuerat

De primo p̄cto,

Ad euidentiā p̄mi dicūt esse sciendū: q̄ licet circa clauē sciētie an esset p̄ꝛpe clauis. videātur fuisse opiniones cōtrarie. omēs tn doctores cōcordāt in hoc q̄ inē claues ecclie seu regni celoꝝ est clauis sciētie aliquomō ponēda vel tanq̄ alia. Ūn glosa distinct. xx. sup verbo claues q̄rit sic: qualit dicit sciētia esse clauis cuꝫ aliq̄s possit habere sciam q̄ nō habet clauē: t ecōtra. ꝑ dic q̄ licet scia p̄us nō fuisset clauis anteq̄ haberet ordinē: tamē post ordinē incipit esse clauis. Si tn q̄ras q̄d p̄ꝛpe sit clauis sacerdotalis. dico ipam ptātem sacerdotalez per quā ligat t soluit. Ex hijs verbis videt: q̄ ꝑꝫ opinionē glosatoꝛis sciētia nō est p̄ꝛpe clauis: t tn ipe idez ponit sciaꝫ aliquomō esse clauē: t cōstat q̄ loquit de clauib⁹ ecclie. g̃ clauez scie reputat inē claues ecclie ꝓputādam. lꝫ vt videt nō reputet eā p̄ꝛpe clauē. Hoc viso p̄bāt isti q̄ clauis scientie est aliquō inē claues regni celoꝝ: que sunt claues ecclie numerāda

Probatio p̄ia

q̄ probāt tali rōne. Illa scia q̄ de nō claue fit clauis in collatōe sacerdotij est aliquō clauis regni celoꝝ: q̄ per collationē sacerdotij nō cōferunt alie claues: q̄ claues regni celoꝝ. ꝑ scia p̄cedēs sacerdotiū in collatione sacerdotij de non claue fit clauis. g̃ scia post q̄ facta est clauis: debet clauis regni celoꝝ aliquomō vocari. Illa maioꝛ est manifesta: mioꝛez ponit glosa p̄ dicta: quā etiā asserit magister sniarū lib. iiij. dist. xix. dicēs: q̄ vero aī sacerdotiū scia discernēdi p̄diti sunt. lꝫ hēant discretionez: nō tn in eis clauis est: q̄ nō valet ea claudere vl aperire Ideoq̄ cū p̄mouet in sacer dotē clauē discretiōis recte dicet accipe: q̄ tāte hita discretio augetur: ac fit in eo clauis: vt ea iā valeat vti ad claudendū vel aperiendū Ex hijs apte colligit: q̄ nōnunq̄ discretio siue scia in collatione sacerdotij de nō claue fit clauis. g̃ clauis regni celoꝝ dꝫ aliquō vocari. Scō sic arguūt.

Probatō scōa p̄ mi puncti.

Illa clauis dꝫ aliquō clauis regni celoꝝ cēseri: q̄ habēs claues regni celoꝝ vtit ad claudū duꝫ vel aperienduꝫ: ꝑ habēs claues regni celoꝝ vtit claue scie seu discretōis ad claudēdū vel aperiendū. teste magistro sniarum in verbis superi⁹ recitat. q̄ etiā asserere est discernere: soluere manifestat. dist. xviij. qui loquēs de clauibus regni celoꝝ ait. Ulus vero harū clauiū modo ē discernere. s. ligandos t soluēdos ac deinde ligare t soluere: g̃ clauis sciētie dꝫ aliquomō clauis regni celoꝝ hīt: qō mgr sententiarum vbi p̄us tenet aperte: dicens. claues iste. s. quas dñs tradidit petro t successoꝛibus eius sūt nō coꝛporales: ꝑ spūales. s. discernendi sciētia t potētia iudicādi. vnde t idem p̄cedit q̄ altera clauiū nō oēs hīnt sacerdotes sic ꝓꝫ in eodē libro distinct. xix. Scō isti impugnatoꝛes satagunt declarare: q̄ medium qō iste nititur impedire i suo roboꝛe pseuerat. Ad cuius intētionē dicūt eē sciendū: q̄ i oi facultate sepe arguit p locū a minoꝛi p illā regulā Si illud qō minus esse videt insit t illud qō magis. Ex illo ad p̄positū dicūt q̄ appellās nō intendit p illā obiectionē asserere q̄ illa clauis sciētie de q̄ loquit xp̄s. luce. xi. sit clauis regni celoꝝ vna. s. de illis q̄s dñs dedit petro: ꝑ intendit arguere p locū a minoꝛi q̄ si sciētia quā acceperūt pharisei et scribe ipsa veritate testante pōt vocari clauis: multomagis t scientia q̄ requirit ad apiendū vel claudēdū regnū celoꝝ in sacerdotib⁹ pōt vocari clauis: t si pōt in illis vocari clauis cū sit ita ad vltimū vsū clauis regni celoꝝ ipa poterit appellari nō solūmō clauis: ꝑ etiā clauis regni celoꝝ. t etiā clauis eccle: t ita stat argumētū q̄ si dñs. luce. xi. scientiā scribarū t pharisеoꝝ vocauit clauem multo fortius sciētia sacerdotū q̄ ē necessaria eis i soluēdo t ligādo pōt vocari clauis regni celoꝝ. [Eius malicia te.] Ista sūt ꝛba ꝓtumeliosa q̄ ad rē nō ptinēt. Nā p talia ꝛba cuilibz etiā ilipiēti facile erit doctoꝛē quēlibet solennē t egregiū reprobare. [quibus tn claues ecclesie tradite quouis tpe nō fuerūt.] ꝗ concedit appellās. Ex ꝗ tn q̄ xp̄s vocauit scientiaꝫ eoꝝ clauē cōcludi pōt: q̄ scientia sacerdotum pōt vocari clauis regni celoꝝ. [Patet q̄ non intēdit loqui de clauib⁹ ecclie dñs.] ꝗ concedit: ex hoc tamē q̄ vocauit illā scientie clauez pōt concludi p̄positū appellātis. [clauē dixit scientie: nō dixit clauē regni celoꝝ] concedit ex hoc tamē q̄ dicit clauē sciētie concluditur aliud: q̄ ad argumētationē spectat cōcludere vnū ex alio [Illas em petro a xp̄o p̄missas legimus t nō scientie clauem]. Istius clausule pars affirmatiua vera est sed semper negatiua est falsa. Ad cuius intellectū dicunt esse sciendū q̄ clauis scientie dupliciter accipitur. vno modo p̄ꝛ scientia que ē necessaria quilibz sacerdoti in soluendo et ligando. Aliter accipitur p̄ꝛ auctoꝛitate siue potestate discernēdi inter lepꝛā t lepꝛā: et vtrāq̄ p̄misit implicite xp̄s petro cū dixit. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Promisit em sibi claues scientie. Primo

De secūdo p̄cto

Quarta ps istius capli explanans textū p̄cedentē

Clauis sciētie accipitur tripliciter

modo inq̃tum promisit q̃ etiã sciẽtia quã tũc habebat fieret clauis: q̃ tunc non erat clauis. Secundã etiã sibi promisit: q̃ illã erat totaliter nouiter accepturus a xpo: quãdo recepturus erat ptãtem ligandi ⁊ soluẽdi. Sed dicit iste ꝓpugnatus: q̃ claues de quib⁹ agit in collatione sacerdotalis ordinis cõferũtur. Cõstat enĩ q̃ ordinato in sacerdotem sciẽtia cõiter nõ cõferẽt: ergo sciẽtia nõ est clauis. Ad hoc rñdet magister sniaruz lib. iiij. dist. xix. Dicẽs q̃ altera istarũ clauiũ nõ semp cõferẽt in collatiõe ordinis sacerdotalis. Vnde dicit sic. Alterã clauiũ. i. scientiã discernẽdi nõ omẽs habẽt sacerdotes: vnõ dolendũ est: atq̃ lugendũ. Multi enĩ licet indiscreti: atq̃ sciẽtie qua eminere debet sacerdos exortes sacerdotij gradũ recipere presumũt: vita et sciẽtia eo indigni: qui nec ãte sacerdotiũ: nec post: scientiã habẽt discernẽdi qui ligãdi sunt vel soluẽdi: ideoq̃ illã clauem in ꝓsecratiõe nõ recipiũt: q̃a semp sciẽtia carẽt. Ex hijs habeẽ aperte q̃ vnã clauẽ nõ sp in cõsecratiõe recipiũt sacerdotes: nec habẽt oẽs post q̃ fuerint cõsecrati. Potest tamẽ dici ꝑm istos: q̃ ois sacerdos in cõsecratiõe sua recipit claues. s. ptãtem discernẽdi: ⁊ etiã ptãtẽ ligandi ⁊ soluẽdi. Sed tũc oportereꝫ ꝓcedere q̃ aliquomõ essent tres claues ponende. s. sciẽtia quã nõ hñt oẽs sacerdotes ⁊ alie due quas habẽt oẽs: ⁊ dicũt quidã q̃ ℔ nõ derogat scripture diuine: q̃ de numero clauiũ an sint tres vel due: aut plures: nihil repiẽ explicite in scriptura diuina. [De clauib⁹ aũt istis regni celorum Augustin⁹ ꝓmo de doctrina xpiana sic dicit. Vas claues dedit ecclie vt que soluerẽt in terra soluta eẽnt in celis ⁊c.] Ista auctoritas nõ concludit in aliquo: q̃ sciẽtia nõ sit clauis. [Hoc etiã saluator ⁊c] Verba saluatoris nõ faciũt ad hoc q̃ scia nõ sit aliquomõ clauis. [Et si querat q̃ sit clauis scie: de q̃ dñs loquit̃ Luc. xi. Respõdet glosa q̃ clauis scie diuine est xpi hũilitas] Hoc ꝓcedi põt sub bono intellectu: tñ principaliter dñs Lu. xi. loquebat̃ de claue scie q̃ est scia legis diuine: quã acceperãt legispiti iuxta illud saluatoris Matth. xxiij. sup cathedrã moysi sederũt scribe ⁊ pharisei. oia q̃ q̃cũq̃ dixerit vobis facite ⁊ fuate: ⁊ iuxta illud apli ad Rom. ij. Si aũt tu iude⁹ cognoiaris ⁊ requiescis et in lege: gloriaris in deo: et nosti voluntatẽ ei⁹ ⁊c. Tamẽ hũilitas xpi põt vocari clauis: q̃ ꝑm salomonẽ vbi hũilitas ibi ⁊ sapiẽtia. Omis aũt sapia clauis põt aliquõ vocari. [Vanc. s. hũilitatẽ xpi pharisei ⁊ legispiti cõtẽpserũt.] Nec ipam habuerũt: ⁊ tñ receperũt clauẽ scie: licet nõ ad vtilitatẽ suã. [Itẽ clauis scie põt dici fides.] Hoc cõcedi potest cũ ℔ tñ stat q̃ etiã scia quã acceperant legispiti: põt vocari clauis scie: ⁊ illã vocauit dñs clauẽ scie. [Abstulerãt q̃tum in eis fuit] Hoc ẽt cõcedi põt cũ quo tñ stat: q̃ clauẽ scie q̃ est noticia ifalis legis diuine habuerãt. Ex ꝓdictis aũt inferũt isti: q̃ licet dñs Luc. xi. principaliter locut⁹ fuerit de claue scie q̃ nõ est clauis regni celoꝝ: tñ ꝑm expositionẽ ist⁹ posset dici q̃ ibi dñs loq̃bat̃ de claue regni celoꝝ: q̃ cũ dñs dicit ve vobis legispitis: q̃ tulistis clauẽ scie ⁊c iste accipit ibi tulistis ꝓ ꝓtẽpsistis: vl abstulistis: vt iste sit sensus: q̃ tulistis. i. q̃ ꝓtẽpsistis vel abstulistis q̃tuz i vobis fuit clauẽ scie: ꝑm quã expositionẽ ꝓcedi debet: q̃ ipi tulerũt clauẽ regni celoꝝ: q̃ clauẽ regni celoꝝ ꝓtẽpserũt ⁊ abstulerũt q̃tuz in eis fuit: ⁊ ita ꝑm istũ dñs loquebatur de claue regni celoꝝ: quã abstulerãt legispiti q̃tum in eis fuit [Hanc clauẽ. s. fidẽ habebat petrus anteq̃ dñs sibi ꝓmitteret regni celoꝝ claues.] ℔ ꝓcedi põt: tñ ista fides petri q̃ erat aliomodo clauis nõ erat clauis regni celoꝝ: ℔ postea facta fuit clauis regni celorum: sub fide includẽdo sciam discernendi inter lepram ⁊ lepram. [Habebat etiaz humilitatẽ.] Hoc etiã ꝓcedit: illa tñ hũilitas non erat clauis regni celoꝝ. totũ q̃ sequit̃ cõcedunt isti: ℔ nihil facit cõtra appellantẽ. La. c. xxij.

Cap̃. CXXII Pria ps istius capli recitãs aliã partem cõstitutiõis.

Item impugnat

i adhuc iste hereticus cõstitutionẽ ꝑdictã falso imponẽs ei: q̃ dicit q̃ summ⁹ põtifex in hijs q̃ ad fidẽ ⁊ mores ptinẽt põt suos ꝑdecessores diffinitiões ⁊ dicta reuocare: ⁊ ꝛriũ statuere: ꝓut decreuit statuendũz

Secda ps huius capituli explicat textũ predictũ.

In parte ista pertra/

etat secdam assertionez quã ipugnat appellãs Et ꝑmo recitat ipam. scõo respõdet in pte immediate sequẽti. Sed dicũt isti ipugnatores q̃ trũcate ꝓba recitat appellãt: q̃ sunt ℔. Nonus error est: q̃ ipe in dicto statuto: q̃ quorundam etiã dogmatizat q̃ summ⁹ põtifex in hijs q̃ ad fidẽ ⁊ mores ptinẽt: põt suos ꝑdecessores diffinitiões ⁊ dicta reuocare: ac eis ꝛriũ statuere: q̃ decernit̃ in eisdẽ: q̃ error exẽsse doctrine sctoꝝ patrũ: ⁊ sacroꝝ canonũ: ⁊ fidei catholice obuiat ⁊ repugnat: sicut ptz p ea q̃ legim⁹ i decretis. xxv. q. i. c. cõtra statuta patruz. ⁊. q. ij. ca. si ea destruerẽt ⁊ i pluribus aliis caplis. Hoc poterit repiri ⁊. xxv. dist. sicut scti. ⁊ ex̃ de statu monachoꝝ ca. cũ ad monasteriũ in fine. Ex quo erroꝛe totius fidei ⁊ veritatis ecclie destructio sequerẽt: q̃ seq̃retur q̃ quilibz romanus põtifex posset reuocare ⁊ destruere oia in fide ⁊ moꝛib⁹ a suis ꝑdecessoꝛib⁹ diffinita: ⁊ sic tota

Tertia ps istius capli ꝓbãs ꝑdicta

auctoritas ecclie vacillaret ⁊ in fide ⁊ moꝛib⁹ foꝛet instabilis ⁊ infirma. Ⅎn dicta doctrina est hereticа iudicāda: qꝛ i articulū fidei: ⁊ vnā sācta catholicā ⁊ apostolicā ecclīam. vehementer impingit. Et si in decretali Exiit: i doctrina ⁊ vita xpi ⁊ apl̄oꝝ: ⁊ in approbatiōe regule et statꝰ fratrū minoꝝ: ⁊ i cōcilio vien. qđ dictā decretalē approbauit ꝓcederet erratū seqꝛet qꝛ tota ecclīa errauerit i fide male de vita xpi ⁊ apl̄oꝝ xpi diffiniendo ⁊ fratrū minoꝝ statum (qui ꝑm opinionē hereticī ꝓfati ē illicit⁹ ⁊ simulat⁹: ac fundat⁹ i doctrina euāgelice veritati cōtraria) approbando: ⁊ sanctū frācisc̄ū ⁊ alios sāctos de ordīe fratrū minoꝝ q̄ i hmōi vite ⁊ doctrine ꝓfessiōe finierūt dies suos approbādo rāq̄ sāctos ⁊ sāctoꝝ catalogo solēniter ascribēdo. [Nec dicta appellātis] Luꝝ aūt dic̄ ist̄e qꝛ appellās falso iponit sibi dictū errorē: dicūt ist̄i qꝛ i sequēti capīo determinatiue ꝓbabūt: qꝛ ꝓ̄ facit eūdē sibi errorē iponit.

Quarta ps declarās litterā

Ca. CXXIII In prima parte istius capituli recitat alia cōstitutionis particulā,

Perte iuxta mo:

a rem suū mēritꝫ iste hereticꝰ supradict⁹. Cōstitutio em̄ illa ꝫ nō dic̄ nec de hoc facit aliquā mētionē vt patere pōt cuilibet ituēti: imo expresse negat qꝛ dicere xpm ⁊ apl̄os nō habuisse i bijs q̄ habuerūt nisi simplicē vsū fci: nec ad fidē ptinet: nec ad moꝛes vt i. §. pterea pz: i quo sic dicit Preterea dicāt nobis assertoꝛes hmōi vbi legūt: qꝛ ad fidē vel moꝛes ptineat xpm ⁊ apl̄os nō habuisse i bijs q̄ habuerūt nisi simplicē vsū fci. Profecto directe ꝫ ad fidē nō ptinet: cū de ꝫ articul⁹ non sit a liq̄s: nec sub quo valeat cōprehēdi: vt pz ex simbolis i quib⁹ articuli fidei cōtinēt. Nec etiā reductiue quasi ꝫ sacra scriptura ꝓtineat quo negato tota sacra scriptura redditur dubia: ⁊ per ꝯs articuli fidei: q̄ habēt ꝑ scripturā sacrā ꝑdicari reddant dubiꝫ ⁊ icerti: ꝫ em̄ i scriptura sacra nō poterit: ꝫ cōtrariū reperiri Ex quib⁹ ꝓcludit dicēs: vñ nō pñt ex ꝑdictis ꝓcludere nisi falso: quin ꝺ ordinata ꝑ summos pōtifices circa talia liceat successoꝛib⁹ aliq̄d ordinare: qꝛ nicolaus tertiꝰ ꝑfat⁹ exp̄sse i sua declaratiōe iseruit vt superi⁹ pleni⁹ continet.

Scda pars isti⁹ capitu li declarās textū cō stitutōis

Ⅎn parte ista ad dictā

appellātis i prędēti ca. nitit̄ respōdere dicēs: qꝛ falsū sibi iponit qđ per cōstitutionē: qꝛ quorūdā ꝓbare conat̄: qꝛ i eadē cōtinet qꝛ xpm et apl̄os nō habuisse i bijs q̄ habuerunt nisi simplicē fci vsū: neq; ad fidē pertinet: neq; ad moꝛes. Sz isti ꝓpugnatoꝛes cōtra ipsū tria ꝓbare conantur. quoꝝ primū est qꝛ ex serie verboꝝ ipsius in cōstitutione: qꝛ quorūdā euidēt

Tertia ps huius capituli cōtra impugnatum tria probat.

habeat ipm asserere: qꝛ romanus pontifex q̄tū ad ea que ad fidē ⁊ moꝛes ptinent: potest diffinitiones ⁊ dicta suoꝝ predecessoꝛuꝫ reuocare ⁊ contrariū diffinire. Scđo ostendūt qꝛ ipe de facto multa in determiatiōib⁹ romane ecclie diffinita in suis cōstitutionib⁹ reuocauit: ⁊ cōtraria diffiniuit. Tertio specialit̄ moliunt oñdere: qꝛ asserere xpm ⁊ apl̄os nō habuisse in rebus quib⁹ vsi fuerūt: nisi simplicē fci vsuꝫ ad fidē spectat vel moꝛes. Prio g̃ ꝓbāt: qꝛ ex serie verboꝝ ꝓstitutiōis: qꝛ quorundā aptꝫ qꝛ ipe intēdit asserere qꝛ romanus pōtifex pōt in bijs que ad fidē ⁊ moꝛes ptinēt: diffinitōes ⁊ dicta suoꝝ p̄decessoꝝ reuocare. Nā sicut patet ibidē: ipe quandā obiectionē aduersarioꝝ suoꝝ ꝓbare conantiū: qꝛ sibi nō licuit illa q̄ de pauptate xpi ⁊ apl̄oꝝ p nicolaū tertiuꝫ fuerāt diffinita: in dubiū reuocare vel cōtrariū affirmare: conat̄ dissoluere: asserēdo ꝓpōnes assūptas: in illa obiectiōe esse falsas: ⁊ ꝯclusioneꝫ quā inferūt esse falsaꝫ. Sed ꝑma ꝓpositio quā assūmūt: ⁊ quā ipe dicit esse falsam est ista. Illud quod per clauē sciētie in fide ac moꝛib⁹ semel diffinierūt romani pōtifices adeo imutabile pseuerat: qꝛ illud successoꝛi non licet reuocare in dubiū: nec cōtrariū affirmare. Hec est ꝓpositio ꝑma aduersarioꝝ: ⁊ ipe recitat in ꝑncipio ꝓstitutiōis. [Quia quorundā] Hāc aūt ꝓpositionē ipe asserit esse falsam. dicēs in hec verba: qꝛ autē in rōne ꝑdicta ꝑmittit̄. videlicꝫ qꝛ illa q̄ ꝑ clauē sciētie in fide ⁊ moꝛibus sunt a summis pōtificib⁹ diffinita ab eoꝝ successoꝛibus reuocari nō licet in dubiū: nec contrariuꝫ affirmare: licet secus sit: sicut dicūt in his: que per clauē potestatis ꝑ summos pōtifices ordinātur: prorsus sit ꝓtrariū veritati. ꝑz ex sequētib⁹ euidēt̄. Ex bijs ꝓbis patenē habet̄: qꝛ prima ꝓpositionē aduersarioꝝ asseruit esse falsaꝫ ⁊ per ꝯs cōtrariā eē veraz. ſ. qꝛ illud qđ ꝑ clauē scie in fide ac moꝛib⁹ semel diffinier̄t romani pontifices nō adeo imutabile pseueret: qui illud successoꝛi liceat in dubiū reuocare: vl̄ cōtrariū affirmare. et ideo appellās sibi falsuꝫ nō iponit. Sed forte dicet aliq̄s babēs maioꝛē q̄ iste in distinguēdo inter ꝓpositiōes peritiā qꝛ vtraq; predictarū ꝓpositionuꝫ est falsa. Est aūt ꝑma falsa ꝓp̄ falsam implicationē. qꝛ. ſ. iplicat ꝑ ipaz: qꝛ romani pōtifices aliq̄d diffinierūt ꝑ clauē scie: qđ nō diffinierūt ꝑ clauē potētie: qđ ꝓstat esse falsuꝫ: ⁊ istā rōem q̄re negat ꝓpositionē ꝑdictā videt̄ ꝓseq; in disputatiōe sua de clauib⁹. Sed ista cauillatio: vt dicūt isti nō facit ꝑ isto. Nā verū est: qꝛ ꝑ ꝑdictā ꝓpositionē implicat̄ aliq̄d diffiniri per clauē scie: ⁊ hoc ꝓbabūt esse verū: ꝫ dicūt qꝛ ꝑ ipam

De primo

Obiectio:

Responsio.

minime iplicatur aliquid diffiniri a romanis pontificib⁹ p clauē scientie qđ nō diffinit per clauē potentie: cū in ꝓpositione predicta nulla penitus mētio de claue fiat: licet in ꝓpositione quā postea recitat mētio de claue bēat.

Primum. Primū. s. q⁹ per clauē scientie aliquid diffiniatur i fide ⁊ moꝛib⁹ a romanis pōtificib⁹ isti ꝓbare conant. Ad cui⁹ euidentiā dicūt eē sciēdū q⁹ sicut de se pz i pdicta ꝓpositione nequa q⁹ asseritur q⁹ clauis sciētie de qua loq̄t sit clauis regni celoꝝ vel ecclie: ꝑ absolute sine specificatiōe aliq̄ q⁹tū ad clauez scientie sic dicit Illud qđ per clauē scientie i fide ac moꝛibus ⁊c. g̃ adꝫificādū pdictā ꝓpositōnē illud qđ p clauē sciētie i fide ac moꝛib⁹ semel diffinierūt romani pōtifices adeo imutabile pseuerat q⁹ illud successoꝛi nō lz reuocare in dubiū ⁊c. sufficit ostendere q⁹ per aliquā clauē sciētie siue debeat vocari clauis regni celoꝝ: siue ecclie: siue nō: aliq̄d pōt in fide ac moꝛib⁹ a romanis pōtificib⁹ diffiniri: ⁊ q⁹ sic diffinitū rite nō ꝓt in dubiū reuocari: nec dz eius cōtrariū diffiniri. Noctgit̄ viso ꝓbant q⁹ aliq̄d i fide ⁊ moꝛibus posset p clauē sciētie aliquā a romanis pōtificib⁹ diffiniri: qđ ostēdit ꝓmo sic Aliq̄d pōt i fide xp̄i ⁊ moꝛib⁹ a romanis pōtificib⁹ diffiniri: q⁹ aliquid hmōi ab eis p sacrā scripturā diffiniri pōt: ꝑ fides xp̄i ꝓm istū: sicut pz. c. cxxi. ē clauis scientie: g̃ aliq̄d pōt a romanis pōtificibus in fide: ac moꝛib⁹ p clauē sciētie diffiniri. Jt̄ē antiq̄ prēs veteris legis poterāt aliq̄d p illud. Luce. xi. ve vobis legispitis q̄ tulistis clauē sciētie ⁊c. g̃ multo magis romani pōtifices p noticiā legis dine q̄ ē i eis clauis sciētie si fuit clauis sciētie i scribis iudeoꝝ pnt aliq̄d in fide et moꝛib⁹ diffinire. Sz forte dicet aliquis q⁹ ꝓz ista quilibet habēs noticiā legis diuine posset p clauē sciētie aliq̄d i fide ⁊ moꝛib⁹ diffinire qđ cōstat eē falsū: cū ad solū cōciliuz generale ⁊ romanū pōtificē ꝑtineat diffinire dubia q̄ circa fidē ac moꝛes occurrūt. Ad istđ dicūt: q⁹ ꝓpter equiuocationē hui⁹ verbi diffinire posset i aliquo sensu cōcedi: q⁹ quilibz pitus i lege diuina posset aliquid diffinire p clauē scientie: ꝑ est constanter et irreuocabiliter asserere. nō em̄ pōt quilibet aliquid diffinire: sicut mō accipim⁹ diffinire quia licet habeat noticiā q̄ pōt vocari clauis sciētie: sicut et fides vocat clauis scientie ꝓm istū: deficit ei tn̄ auctoritas et ptās iurisdictionis que ad talē diffinitionē requiritur. Sed tunc dicet aliquis q⁹ ꝓm hoc romani pontifices diffiniunt aliquid in fide et moꝛib⁹ p clauē potētie ⁊ nō solū per clauē sciētie. hoc ꝓcedūt isti nec ꝓriuz asseruit ꝓpositio supe dcā: q⁹ illa ꝓpositio nō vult excludere clauē potentie: q⁹is de ista nō faciat mentionē: ⁊ nō sequit nō exp̄mit clauez potētie: g̃ excludit ipam. Sic g̃ patet euidenē q⁹ predicta ꝓpositio cuz ista adiectiōe p clauē sciētie ꝛtinet veritatē: si ipa sine tali adiectione debet cōcedi. et si negat cū tali adiectione debz negari sine ipa: ⁊ ideo cū iste ipugnatus negat illā ꝓpositionē: illud qđ p clauē sciētie in fide: ac moꝛib⁹ semel diffinierūt romani pōtifices ⁊c. Jp̄e etiā habz negare istā: illud qđ in fide ac moꝛib⁹ semel diffinierūt romani pōtifices: adeo imutabile perseuerat: q⁹ illud successoꝛi nō licet reuocare in dubiū: nec ꝛtrariū affirmare. Ex quo sequit q⁹ ipe debet ꝓcedere manifeste q⁹ diffinitū i fide ac moꝛib⁹: a romanis pōtificib⁹ potest successoꝛ eoꝝ in dubiū reuocare: vel ꝓriuz affirmare. Ēt ad pdictoꝝ intelligentiā plenioꝛē isti dicunt aduertendū: q⁹ licet ꝓpositio pdicta cū ista adiectiōe p clauē scie cōtineat veritatē: pro eo q⁹ noticia legis diuine: ⁊ etiā doctrina ecclie: sine qua nullus debet roman⁹ pōtifex in fide ac moꝛib⁹ diffinire: imo in ea debet se fundare: pōt vocari clauis scie: ex quo scia scribarū ⁊ phariseoꝝ vocabat clauis scie: ⁊ nihilomin⁹ ptās discernēdi inter hereticū ⁊ catholicū: sine qua roman⁹ pōtifex in fide ⁊ moꝛib⁹ nihil diffinit. pōt aliquo mō vocari clauis scie: siue vtraq̄: vel alta debeat vocari clauis ecclie: seu regni celoꝝ siue nō tn̄ ista adiectio per clauez scie quodāmodo videtur superflua: ⁊ sine ipa ita haberēt intētuz ipugnatores isti⁹ ipugnati: sicut cū ea. Et si illā adiectionē per clauē scie dimisissent: multe instātie frīuole cōtra ꝓcessuz eoꝝ excluse fuissent: q⁹ intētio eoꝝ fuit asserere: q⁹ illud qđ in fide et moꝛib⁹ semel diffinierūt: siue per clauē scie: siue p clauē potētie: siue p auctoritatē papalē: siue p quācunq̄ ptātē romani pōtifices adeo imutabile pseuerat: q⁹ illđ successoꝛi nō licet reuocare in dubiū nec ꝓriuz affirmare: et ita sine illa additōe (p clauē scie) habēt intētuz: q̄ q⁹is videat supflua: nō tn̄ reddit ꝓpositionē falsaz: q̄re cū iste ipugnat⁹ neget illā ꝓpositionē cū dicta additōe: debz eā negare absolute sine illa additōe: ⁊ p ꝓns absolute debz ꝓcedere: q⁹ roman⁹ pōtifex pōt illa q̄ sunt in fide ac moꝛib⁹ a romanis pōtificib⁹ diffinita reuocare in dubiū: vel ꝓriuz affirmare. ⁊ ꝑ ē qđ sibi iponit appellās q̄re nō mentit: ꝑ asserit ꝛitatē. Sz forte dicet aliq̄s: q⁹ lz ꝓba sua ꝑ ptēdāt. ipe tn̄ ꝑ nō tenet: g̃ ipi non dz iponi. Ad ꝑ dicūt isti q⁹ appellās nō habuit iudicare de mēte isti⁹ q̄ latebat in corde: ꝑ tm̄mō de ꝓcessu doctrine: ⁊ iō doctrinā pdictā potuit ipsi iponere: si tamē postea mentē suā clare exp̄meret

Dic aliq̄d i fide ⁊ moꝛibus per clauē sciētie a rōnis pontificibus diffiniri posse ostenditur.

Alia obiectio.

Rēspōsio ad obiectionem.

Replicatio.

Responsio.

Obiectio.

Responsio

doctrinā vt plata ē, detestādo pdictā ⁊ ipsam corripiēdo. videt ꝙ nō deberet eū ꝓpter hꝰ hereticū reputare: lz ꝓpter alia q̄ pertinaciter sine oi pallio asserit: possit eū iter hereticos cōputare. Ulterius isti ad infringēdū totū processū istius ꝯ ꝓpositionē sepe factā: dicunt ꝙ nihil facit cōtra dictā ꝓpositōnē: ꝙ clauis scientie vel scientia nō sit clauis ecclie vel regni celoꝝ: q; siue scientia sit clauis ecclie siue regni celoꝝ siue non: saltē ipsa est aliquomō clauis: ex quo fides ē aliquomō clauis ꝑm istum: ⁊ cōstat ꝙ scia legis diuine et doctrine ecclie requirit i sūmo pontifice: ad hꝰ vt diffiniat aliquid i fide et moꝝbꝰ: q̄ diffinit per clauē scientie: ⁊ tñ diffinit etiā p clauē potentie: siue illa clauis potentie sit illa clauis q̄ cōferē i consecratiōe cuislibz sacerdotis: siue sit iurisdictio ⁊ ptās papalis. Et ex istis patēt duo. Primū ē ꝙ tota disputatio istiꝰ et recitatio opinionū de sciētia: an sit clauis ecclie nihil facit ꝯ aduersarios: q; ipi de hoc se nullateꝰ intromiserūt ⁊ ipi habēt int entū: si scia nullo modo sit clauis ecclie: sicut si sit clauis ecclie: dū mō sit aliquomō clauis. Scōm qō colligit ex pdicto ē: ꝙ falsū iponit eis: cū dicit eos asserere ꝙ alia p clauē sciētie ⁊ alia p clauē potētie statuunt seu diffiniūtur: q; ipsi hꝰ nō dicūt: ß itēdūt ꝙ ad debitā ⁊ rectā diffinitionē ⁊ ꝓstitutionē quoꝝcūq; cōcurrit: tā scia q̄ dz aliquomō vocari clauis ꝙ potētia q̄ etiā aliquomō dz vocari clauis: tñ illa q̄ circa fidē ⁊ moꝝes diffiniūt: tā p clauē scie ꝙ p clauē potētie imutabilia p seuerāt. Illaꝫo q̄ p clauē scie ⁊ p clauē potentie a sūmis pōtificib⁹ circa agibilia de se idifferētia statuūt reuocari pñt ⁊ ꝯria statui. Dz forte q̄ret aliq̄s ex quo ad diffinitionez eoꝝ q̄ tāgūt fidē ⁊ moꝝes: ⁊ ad statuēdū illa q̄ respiciūt agibilia de se idifferētia req̄rit: tā clauis sciētie ꝙ clauis potētie. q̄re dixerūt isti ꝙ illa q̄ p clauē scie i fide ⁊ moꝝib⁹ diffiniūt reuocari nō pñt ⁊c. Licet secus sit in bijs q̄ p clauē ptātis ordināt seu statuūt: cū p talē modū loquēdi ínuak ꝙ alia diffiniūt p clauē scie: ⁊ alia statuūt p clauē potētie. Ad hꝰ dici pōt ꝙ tali mō loquēdi vtūt nō ad ísinuādū ꝙ alia p clauē scientie nō p clauē pontētie diffiniūt i fide ⁊ moribus ⁊ alia p clauē potētie nō p clauē scie circa agibilia de se idifferētia statuūt: ß ad ísinuandū ꝙ i diffinitione eoꝝ q̄ diffiniūt circa fidē ⁊ moꝝes quodāmodo p̄cipali⁹ se bz scia ⁊ ꝓstitutiōe eoꝝ agibiliū q̄ de se idifferētia sūt quodāmō p̄cipali⁹ se bz potētia q; i diffinitione eoꝝ q̄ ptinēt ad fidē ⁊ bonos moꝝes nihil diffinit potētia nisi qō decreuit scia: ita ꝙ illis potētia dz oīno seq̄ sciam: q; si i minimo potētia aduersareť scie: diffinitio eēt nulla: q; si papa p quācunq; potētiaz diffiniret aliq̄d ꝯ illud qō scia dictat diffiniēdū in fide: ⁊ in bonis moꝝbꝰ: diffinitio sua nulla penit⁹ eēt: imo liceret cuilz ꝓpiano hꝰ sciēti ipam detestari: cōspuere: ⁊ sicut heretica reprobare. In agibilibus aūt de se indifferētib⁹ statuēdis: potentia quodāmō supra sciam p̄cipalitatē habz. Nā si papa in hmōi statuēdis a scia quodāmō deuiaret: ⁊ mīn⁹ saluāter: et vtiliť ꝓ subditis ordinaret: obediēdū eēt eidē: sicut licz aliquē excōicaret ꝓtra sciam: ⁊ ꝓsciam iuste: tñ timēda esset sua. ⁊ ita in talib⁹ quodāmō: p̄ncipalio: est potētia q̄ scia: q; i multis talib⁹ est obediendū eidē. licz ꝓtra sciam ad dānationē aie sue ipa duxerit statuēda: ⁊ ad hꝰ inuēda vtunť pdicto modo loquēdi. Scōo isti impugnatores moliūtur ostēdere ꝙ iste ipugnaꝝ q̄ plurima q̄ ad fidē ptinēt ⁊ bonos moꝝes in determinatiōnib⁹ romane ecclie diffinita de facto reuocauit: ⁊ ꝯria diffiniuit. qō ꝓbāt ꝓmo sic. Nicolaus ertius in decretali: q̄ incipit. Exýt q̄ semināt diffiniuit in hec ýba. Porro cū regla ipsa exp̄sse contineat ꝙ frēs nihil sibi appropient: nec domū: nec locū: nec aliquā rē: sitq; ꝺclaratū p eundē pdecessorē Greg. ix. Et nonnullos alios hec seruari debere: tā in spāli q̄ etiā i cōi quā sic artā abdicatiē nē: venenosis obtrectatiōib⁹ aliquoꝝ isensata dānauit astutia: ne fratrū eorundē pfectionis claritas taliū impiis ꝓmonib⁹ lacereť. Dicim⁹ ꝙ abdicatio ꝓprietatis hmōi oim rerū tā in spāli q̄ in cōi: ꝓpť deū meritoria est ⁊ sctā: quā ⁊ xps via pfectiōis ondēs ýbo docuit ⁊ exēplo firmauit: quā q; ꝓmi fundatores militātis ecclie ꝓut ab ipo fonte hauserant in volētes pfecte viuere p doctrinē ac vite ipoꝝ alueos deriuarūt. Hec ýba nicolai de bonis moꝝbꝰ: ac vita xpi ⁊ apl̄oꝝ ei⁹. et p ꝯns de fide assertiue: ⁊ diffinitiue ꝓlata. In quib⁹ ýbis vna veritas spectās ad bonos mores: ⁊ q̄tuor ptinētes ad fidē patenť habenť.

Prīa veritas spectās ad bonos moꝝes est: ꝙ abdicatio ꝓprietatis oim rerū tā in spāli q̄ ēt in cōi est via pfectiōis. Ut eni hanc veritatez diffinitiue hꝰ asserat nicolaꝰ liq̄de cōstat: tū q̄a dicit ꝙ xps viā pfectiōis ostēdēs talē abdicatiōnē ýbo docuit ⁊ exēplo firmauit: tū q; dicit apl̄os in volētes pfecte viuere talē abdicatiōnē p doctrīe ⁊ vite alueos diriuasse: tū q; asserit ipam artā: ⁊ meritoriā ⁊ sctām. Via aūt arta meritoria ⁊ sctā est via pfectionis: tuz q; loquēs de abdicatiōe hmōi: ⁊ motiuū sue diffinitōis assignās. dic. Ne fratrū eorundē pfectōis claritas ⁊c. Ex quib⁹ verbis colligit euidēter ꝙ abdicatio seu exꝓpriatio hmōi ad pfectio

Dic ipugnatores ostendere conantur ipugnarū nihil facere contra propositionē de clauibus sepe dictam.

Correlariū primum.

Correlariuz scōz

Obiectio.

Responsio.

De scōo puncto principali.

Nota quicq; veritates continētur in verbis nicolai tertij.

Prima veritas.

Scda veritas

nis ptinet claritatē. Scda ꝟitas ad fidē ptinens ē q̄ xp̄s talez abdicationē docuit alios.

Tertia veritas

Tertia ē q̄ ipe seruauit eādez: qz ipam exēplo firmauit.

Quarta veritas

Quarta ē q̄ apli talē abdicationez alios docuerūt

Quinta veritas,

Quinta ē q̄ eā viuēdo tenuerūt

Istas quiq̄ ꝟitates iste ipugnat⁹ i suis cōstitutionib⁹ reuocauit: ⁊ eis ꝯria diffiniuit: q̄ em

Quomodo ipugnatus reuocauit primā veritatem,

ꝯriū prime ꝟitati diffinierit ꝓz apte. Primo qz i ꝓstōne ad cōditorē asserit manifeste q̄ manēte eadē sollicitudine i acq̄rēdo: cōseruādo: ⁊ dispēsando tpalia: post exp̄opationē seu abdicatōnē hmōi q̄ añ inerat ipa exp̄opatio ad pfectionē valet nihil conferre: cū ḡ licite imo meritorie posset manere eadē sollicitudo p̄dicta: imo maior post exp̄opationē hmōi q̄ añ inerat sequit̄ q̄ ipa exp̄opatio nō ē via pfectionis cēsenda ꝟz istū. Scdo pz idē qz i eadē cōstitutiōe ad cōditorē diffinit q̄ carētia p̄petatis seu dñij talis nō reddit ffes paupiores. Ex quo sequit̄ q̄ nō reddit eos pfectiores: qz non redderet eos perfectiores nisi qz redderet eos paupiores: si aūt nō reddit eos pfectiores nō ē via pfectōis Tertio qz i eadē ꝓstōne diffinit q̄ i reb⁹ vsu ꝓsumptibilib⁹ nō pōt vsus fci a p̄petate seu dñio separi. Ex quo sequit̄ q̄ sicut abdicatio ois vsus fci ē illicita: ita abdicatio ois p̄petatis ē illicita: ꝟ abdicatio illicita nō ē via pfectiōis: ḡ abdicatio ois p̄petat̄ hmōi nō ē via pfectiōis. Quarto qz abdicatio palliata nuda ⁊ enigmatica nō ē via pfectōis: ꝟ abdicatō hmōi ꝟz istū ē palliata nuda ⁊ enigmatica: qz si dñiū romane ecclie ē palliatū nuduz ⁊ enigmaticū: sicut iste dic̄ abdicatio fratrū ē

Quomodo reuocauit secūdam.

palliata nuda ⁊ enigmatica: ⁊ p ꝯs nō ē via pfectōis. Secūdā etiā ꝟitatē. s. q̄ xp̄s abdicationez hmōi docuit alios reuocauit ⁊ falsitatē ꝯriā diffiniuit: cū in ꝓstōne p̄nti: qz vir. recitās obiectionē appellātis ⁊ respōdēs eidē dicat i hec ꝟba. Ad ꝟ aūt q̄ ipe dicit q̄ ex ꝟ seqūtur q̄ xp̄s simulatā ⁊ fallacē doctrinā tribuit volētib⁹ ad pfectionē attingere: q̄ oia tpalia quo ad p̄petatē ⁊ dñiū reliq̄rēt cōsulēdo: dicimus falsū eē: q̄ ꝟ cōsuluerit aplis vel discipul⁹ suis ad mīn⁹: q̄ nō haberēt i cōi. Ex ꝟ pz q̄ ꝟz istū xp̄s nō ꝓsuluit talē abdicatōnē aplis nec discipulis: ⁊ p ꝯs nō docuit eā: qz si docuisset maxime docuisset aplos ⁊ discipulos ⁊ p ꝯs eis cōsuluisset; eādē. Nequaq̄ igit̄ ꝟm istū xp̄s viā pfectiōis ostēdēs ꝟbo docuit abdicationē p̄petat̄ oiz rerū i spāli ⁊ i cōi: cui⁹ ꝯriū nicolaus terti⁹ diffiniuit.

Quomō tertiaz.

Tertiā etiā ꝟitatē catholicā scz q̄ xp̄s eādē abdicationē p̄petatis oiz rerū i spāli ⁊ i cōi seruauit: qz exēplo firmauit ꝟz nicolaū tertiū. reuocauit ⁊ ꝯriā beresim diffiniuit: tū qz sic̄ ꝓz supra. ca. xciij. diffiniuit q̄ christus in q̄tuz homo ab instāti sue cōceptionis ex dei datione habuit regnū: ⁊ vniuersale dñium oīm rerū. tuz qz sicut ꝓz supra. c. xciij. xp̄s postea diuersis modis ex collatiōe fideliū vel emptiōe diuersarū rerū tpaliū acq̄siuit dominiū. tū qz: vt habet. c. xcv. Xp̄us regno ⁊ dominio tpaliū renūciare nō potuit. Tum qz ca. xcvi. asserit manifeste: q̄ xp̄s nō fuit paup per carentiā dñij tpalis: tū qz in cōstitutione [Lū inter] Loquēs de modo babēdi res tēporales quo ad dñium seu p̄petatē: sicut probatū est supra ca. lxxxv. Dicit firmit̄ esse hereticū dicere xp̄m nō habuisse in reb⁹ ius vtēdi: vendēdi ⁊ donādi: ⁊ ex ipis alia acq̄rendi. Ex quibus cōstat q̄ in eadē ꝓstitutiōe sentētialit̄ diffiniuit esse hereticū: q̄ xp̄s nō habuit in quibuscūq̄ reb⁹ dominiū. ⁊ ita xp̄s ꝟm euz abdicationē p̄petat̄ oīm tpaliū nequaq̄ assumpsit: cui⁹ ꝯriū nicolaus terti⁹ diffiniuit.

Quō quartā.

Quartā etiā veritatē catholicā. s. q̄ aplī talē abdicationē alios docuerūt: reuocat iste: ⁊ falsitatē ꝯriā in suo ātecedēte determinat manifeste: qz ex quo scdm eū talē abdicationē nullaten⁹ seruauerūt: sicut statiz post patebit: ⁊ nō docuerūt altiorē pauptatez quā mīme ꝟuauerūt: sequit̄ q̄ talē abdicatōez

Quō quintā.

mīme docuerūt. Quintā etiā veritatē catholicā. s. q̄ aplī abdicationē hmōi ꝟuauerūt reuocat manifeste: ⁊ ꝯriā beresim diffinitiue determinat: qd̄ ꝓz: qz in ꝓstitutiōe (cū inf) determinat: q̄ habuerūt in reb⁹ quib⁹ vtebant ius vtēdi: vendēdi: donādi: ⁊ ex ipis alia acq̄rēdi. ⁊ q̄ ibi loquat̄ de iure dñij supra. c. lxxxv. est probatū: ⁊ ita ibi sm̄ialit̄ beresim veritati p̄dicte ꝯriā diffiniuit: qd̄ etiā in ista ꝓstitutiōe: qz vir reprobat⁹ nō solū sm̄ialit̄: ꝟ et vocalit̄ apte absq̄ oi palliatiōe asserit: ⁊ diffinit: ex vltimata deliberatiōe determians: alios q̄ cōpellēs ad credendū: q̄ aplī: post q̄ fuerūt ad apostolatū assumpti: nō solū aliq̄n in cōi: ꝟ etiā sepe in spāli vere habuerūt tpaliū dñiuz: ⁊ p̄petatē ⁊ q̄ habuerūt: ac habere licite potuerūt p̄dia in iudea ⁊ inf gēres. Ex quiq̄ bereses p̄dicte ꝟitati cōtrarias in ꝓstitutōe ista: qz vir reprobat⁹ dogmatizat. quarū Prīa est q̄ aplī post missionē spīritus scti habuerūt agros: domos: ⁊ p̄dia in cōi quo ad dñium ⁊ p̄petatē. dicēs q̄ agri: et domus: p̄mor cōuersor in Judea: post missionē spūs scti fuerūt facti: de dñio aplor in cōi. Ex dicit in ꝟ ꝟba. Lū ergo p̄us dicat: q̄ inf credētes erāt oia cōia: ⁊ post subiūgat: q̄ agri vēdebātur ⁊ domus: euidenter apparet q̄ illa cōia āteq̄ venderent erāt effecta. Itē post asseruit manifeste q̄ domor ⁊ agror vēditor aplī habuerūt dñium: lz sibi nō retinuerūt idē dñium

Prīma beresis ī pugnati.

bec supra ca. iiij. ⁊. v. patuerūt.

Scda beresis eiusdem.

p̄dict e ỽitati contraria quā iste dogmatizat
ē: q apli nō solū habuerūt p̄dia quo ad dn̄iū: ꝫ
etiā sibi potuerūt p̄dia retinere i iudea. vñ sic̄
ꝓz supra.ca.v.dic̄ sic. Ex p̄dic̄ ꝓz q apls li-
cuit i iudea si voluisset retinere p̄dia: nec voto
cōpulsi sūt: q illa nō retinuerūt ꝫ volūtate ꝓpa
Tertia hereſis. q: se nō ꝟcuros mox̄ā inibi ꝫ trāsituros p̄uide
bāt ad gētes. Tertia hereſis sepe dc̄ ỽitati ꝟ
ria ē: q apli i iudea p̄ missionē spūa sci imobi
lia vēdiderūt tāq̄ eox̄ hn̄tes dn̄iū i cōi. nā sic̄
ꝓz supra.c.xviij. ip̄e loquēs de aplis ait verū ē
tn̄ q iudea nō retinuerūt imobilia ꝫ ea potiꝰ
Quarta hereſis. vēdiderūt. Quarta hereſis ꝟria ỽitati p̄fate:
quā ip̄e dogmatizat ē q apli sep̄ post missiōez
spūs sācti mobilia ⁊ imobilia q̄lia hn̄t mona-
chi: ⁊ per ꝟns villas ciuitates ⁊ castra thesau
ros auri ⁊ argenti ac alias res p̄cioſas bn̄erūt
seu licite hr̄e potuerūt: quo ad dn̄ium i cōi. Q̄
em̄ ꝫ teneat ꝓz cū dicat exp̄sse sic̄ recitatū est
supra.c.xviij. cōstat aūt q monachi hn̄t mobi
lia ⁊ imobilia quo ad ꝓpetatē ⁊ dn̄iū i cōi vt
ꝓbat.xviij.q.ij.c.i nullo. Quare vī q etiā apli
bn̄erūt seu hr̄e potuerūt i cōi: ꝫ nōnulli mona
chi hn̄t villas ciuitates ⁊ castra aurū ⁊ argen
tū ac res alias p̄cioſas: g̃ ⁊ apli ꝫm istū oia ta-
lia bn̄erūt seu hr̄e licite potuerūt. Quinta here-
Quinta hereſis. sis p̄fate ỽitati ꝟria quā iste dogmatizat ē q
beat⁹ petr⁹ ⁊ eadē rōne q̄libet alius aplus ỽe
fuit ꝓpetari⁹: q: post missionē spūs sci hn̄s in
spāli dn̄iū ⁊ ꝓpetatē rerū tpaliū: sicut em̄ ꝓz
supra.c.ix. ip̄e dicit sic. Videt etiā q ꝓbabili
ter possit dici q post distributionē bonox̄ vsu
cōsumptibiliū q̄ fiebat iter aplos et credētes
alios: vt dr̄ actuū.iij. ⁊.iiij. q̄libet portiōis sibi
assignate ꝓpetari⁹ ⁊ dn̄s dici posset ⁊ infra Cū
g̃ dicat q null⁹ egēs erat ꝓ eo: q: vnicuiq; di-
uidebat: put opus erat supponit apte: q illō
q̄ vnicuiq; dabat diuisim cuiuslibz erat ꝓpū
⁊ infra. Videt q q̄libz fuerit dn̄s ei⁹ portiōis q̄
sibi fuerat assignata ⁊ infra. Clare supp̄it an-
gelus q calige ⁊ vestimētū assignate petro ꝓ
prie quo ad dn̄iuz erāt petri. quare vī q pecu-
nia: panis: vinū: ⁊ alie res vsu cōsūptibiles si-
bi diuisim ꝓ vite sustētatic ne assig̃te sūr eius
eēnt. Ex bijs cōstat apte q ꝫm istū q̄libz apo-
stolus post missionē spūs sci fuit ꝓprietarius
habēs i spāli dn̄iū tpaliū rerū: ⁊ ita ꝫz istos.v.
hereſes ꝟrias quinte ỽitati p̄dicte a nicolao
tertio diffinite i ista ꝟstone q: vir sn̄ialit⁹ ⁊ vo
caliter apte diffinit. Scdo idē. s. q ꝟ nōnulla
Secūda proba- tio principalis se cūdi puncti ad fidē vel bonos mores spectātia i determi-
nationib⁹ romane ecclie diffinita iste ipugna
tus diffiniat sic ostēdit. nicola⁹ terti⁹ i decre
tali Extr loquēs de dn̄io rerū q̄b⁹ frēs mīores
vtūt diffinit i b ỽba. Retētio dn̄ij nāq; taliuz
rerū cū ꝓcessiōe vsus fcā paupib⁹ nō ē ifructu
osa dn̄o: cū sit meritoria ad eterna et ꝓfessiōi
pauperū optuna q̄ tāto sibi cēsēt vtilior: quā-
to cōmutat tpalia ꝓ eternis. Quib⁹ ỽbis nihil
nouū statuit vl ordinat agēdū: ꝫ q̄d sit sentiē
dū de retētiōe dn̄ij taliū rerū: cū ꝓcessiōe vsus
fcā paupib⁹ declarat q: diffinit apte q tal⁹ re-
tētio dn̄ij ē dn̄o vtilis ⁊ fructuosa: q: meritoꝛ
ria ad eterna ⁊ ꝓfessioni pauperū optuna. illa
aūt q̄ sūt vtilia ⁊ fructuosa meritoria ad eter-
na ⁊ ꝓfessiōi pauperū optuna ad bonos mo-
res nō ē dubiū ꝓtinere: g̃ Nicolaus in ỽbis p̄-
dictis ỽitatē ꝓtinētē ad bonos mores asserit ⁊
diffinit: ꝫ iste ipugnat⁹ ꝟ istā ỽitatē manifeste
diffinit asserēs et determinās q tale dn̄iū ē i-
utile reputādū: sic̄ ꝓz i ꝓstone ad cōditorez i q̄
asserit tale dn̄iū cē ỽbale nudū ⁊ enigmaticū
⁊ i ista ꝓstone: q: vir. sic̄ ꝓz supra cap̄.cxvi. af-
firmat apte q dn̄iū oi tpali cōmodo denuda-
tū ē iutile reputādū. ex q̄b⁹ seq̄t euidēt q reti-
tio talis dn̄ij cū quacūq; vsus cōcessiōe nō est
fructuosa dn̄o nec meritoria ad eterna: nec ꝓ
fessiōi pauperū optuna nec p eā cōmutāt tpa
lia ꝓ eternis: ⁊ ita ꝟ p̄dictā declinationez ro-
mane ecclie apte diffinit Tertio sic arguūt. ni
cola⁹ apte diffinit i b ỽba. condecēs fuit ei ꝓ
fessiōi q̄ spōte deuouit xp̄z pauperē i tāta pau
pertate sectari o im abdicare dn̄iū. ⁊ rerū sibi
cōcessarū necessario vsu fore cōtētā. Ex q̄bus
euidēt colligī q frēs mīores abdicādo oīz rex
dn̄iū pauptatē xp̄i sectāt: ⁊ per ꝟns xp̄us talē
pauptatē q̄ ē p abdicationē rerū o im seruauit
cui⁹ tn̄ ꝟriū iste apte diffinit dicēs: xp̄m nūq̄
fuisse pauperē p carētiā dn̄ij cuiuscūq; rei tpa
lis. Quarto sic arguūt. Nicola⁹ terti⁹ loquēs
de abdicatiōe fratrū mīox̄ diffinit i b ỽba.
ꝓz itaq; sane itelligentibus ex p̄dictis regulā
quo ad abdicationē hm̄oi nō solū obꝛuabilē
possibilē ⁊ licitā: ꝫ meritoriā ⁊ ꝓfectā eē et eo
magis meritoriā quo ꝓ ip̄i ꝓfessores ip̄si⁹ ma-
gis a tpalib⁹ ꝓpter deū sic̄ p̄dicit elōgantur.
Ex q̄b⁹ ỽbis clare ꝓz q ꝓ talē abdicationē fra
tres afficiūt pauperes: q: q̄ magꝭ tpalib⁹ elō
gāt: pauperes sūt cēsendi. Si em̄ magis elon-
gāt affectu sunt pauperes affectu: si vero ma-
gis elōgant effectu seu actu sunt pauperes ef
fectu seu actu: ꝫ iste exp̄sse diffinit ꝟriū sic̄ ꝓz
i ꝓstone ad ꝓditorē. ⁊ supra.c.lxxvij. dicens q
abdicatio talis dn̄ij q̄le abdicāt frēs mīores:
nō efficit pauperē nō habētē ⁊ ita vt dicūt li-
quet apte q illa q̄ nicola⁹ terti⁹ de pauptate
xp̄i ⁊ apl̄oꝝ ei⁹: ac etiā de pauptate regle bti
frācisci diffinit. iste reuocat diffiniendo ꝟria.
vñ dicūt q fere q̄cq̄d dixit nicola⁹ terti⁹ i p̄e
dictis: iste destruit et ānullat, sic̄ discurrēdo ꝓ
Tertia probatō.
Quarta proba- tio.

Quinta probatio

